





1. Rappolti J. Frid. / Diff. de Filia  
tione Renatorum, ex 1. Hoh. III. v. 2.  
Lipscie, 1676.
2. Reime J. Henr. / Gottlieb. / Diff. qua  
Acharium Iudee Regen, & late  
non majorum parente suo Iuramo  
sistit. ienae, 1714.
3. Reuter J. Chr. / Diff. DIKAZMA TOY  
NOMOV in Christo et Christianis.  
Serrester, 1716.
4. Richter J. Dav. / Diff. confiderans  
Physiognomiam Sacerdotis, ex Lev.  
xxvi. v. 16. ienae, 1715.

I. N. I.  
 DISSERTATIO THEOLOGICA IN AVGVRALIS  
 DE  
**SAPIENTIA**  
**HYPOSTATICA**

*ex Prov. VIII, 22.*

QVAM  
 RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
 SERENISSIMO PRINCIPAE AC DOMINO  
**DN. FRIDERICO AVGVSTO**  
 PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS HEREDE

PRAESIDE  
**GEORGIO FRIDER. SCHROEERO**  
 SS. THEOL. DOCTORE ET PROFESSORE PUBLICO

NEC NON  
 ALVMNORVM ELECTORALIVM EPHORO

PRO LICENTIA  
 SVMMOS IN THEOLOGIA HONORES CONSEQUENDI

D. III. OCTOB. M DCC XV  
 HORIS ANTE ET POST MERIDIEM STATIS

DEFENDET  
**ERNESTVS MICHAEL BREHME**  
 SERENISS. PRINCIPI AC DVCI SAXO-QVERFVRTHENSI  
 A CONFSSIONIBVS, CONSILIIS ECCLESIASTICIS  
 ET CONCIONIBVS IN AVLA PRIMARIIS.

---

VITEMBERGAE  
 LITERIS VIDVAE GERDESIANAE.

SAPIENTIA  
HYPOTATICA

ex Ps. 55. v. 5.

DN. ERIDERICO VAGASIO  
PRINCIPALE REGIO ET HISTORIALA HEREDDE

GEORGIO FREDERIC SEROFERIO  
THEOL. DOCTOR ET TRICL. SOR. TANICO

AL. MINORUM ET TERTIORUM LIBRORUM  
PROPHETICARUM ET HISTORIARUM LIBRORUM

SUMMA THEOLOGIAE ET MORALIS COMMENDANDI  
PROPHETICARUM LIBRORUM

HORAE ANTE ET POST MENSIS STYLIS  
DATAS IN LIBRIS PROPHETICIS

FRENSTAS MICHAEL BRITANNI  
SERVINTISS. REINICII VG. DUX. A. O. OUTLAWTHENSIS

COGNITUS INQUIPAS. GOSCHIUS. DECETERAUSTICUS  
EXCELESTIUS. IN VITA TRINITATIS

TISSUS. AID. 15. CERDITAS. T.

## PROOEMIVM.


 apientiam rerum finitarum causam ac effectricem negarunt omnes, qui mundum aeternum esse putarunt, Philosophi, cunctique Athei, qui mundum vel casu ex corporibus constantem coaluisse, vel solis naturae viribus compositum esse existimarentur. Melius de Haereticis sentit libr. de resurrect. c. ii. Tertullianus, cuius verba sequentia: *Plane apud Philosophos habes, qui mundum hunc innatum infectumque defendunt, sed multo melius, quod omnes fere haereses natum & factum mundum annuentes conditionem Deo nostro adscribunt, improbabit Petavius, qui haereses, ait, tom. 3. oper. Theol. Dogm. speciatim l. i. de sex primorum mundi dierum opificio c. i. p. 119. edit. Antvverp. omnes, quae factum esse mundum afferunt, ejus conditum Deo nostro tribuere falsum est, & ex Irenaco, Epiphonio & ipsomet Tertulliano refellitur. Etenim plerique omnes antiqui haeresium architecti, mundum ab Angelis, tanquam minoribus Diis conditum esse dixerunt.* Non erravit Tertullianus, si statuit, quod plerique haeretici ita mundum a Deo productum esse putaverint, quomodo Platonici Unum & Bonum illius principii, quod mundum effecit, auctorem eminentissimum, omnia effecisse existimarunt. Rem quidem sapientem hunc mundum, & omnia, quae in ambitu ejus continentur, produxisse statuunt Sapientes Gentiles pariter ac Haeretici, Simon Magus, Menander, Gnostici, Valentianiani ac alii; naturam vero Sapientiae istius explicantes, in diversas trahuntur sententias, & se multis ac crassis

A

impli-

2 DISSERTATIO THEOLOGICA

implicant erroribus. Hinc magnifica Sapientiae istius, quibus Prov. 8, v. 22. se laudat, verba, de conditione eius dicturus, dilucide, Spiritus S. auxilio fretus, interpretabor.

§. I. Verba Sapientiae, animo consideranda, sunt:  
יְהוָה קָנָנוּ רַאשֵׁית דֶּרֶכְנוּ קָרְבָּן מִפְעָלָיו מִן LXX. Interpretes: Κύριος ἐντισέ με ωρχήν δδῶν αὐτῷ εἰς ἐπαναυτῷ. Vulgata: Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam ficeret ab initio. Arias Montanus: Dominus acquisivit me principium viae suae, ante opera sua ex tunc. Sebast. Castalio: Me Jehovah principio sui instituti habuit, jam olim ante sua opera. Junius & Tremellius: Jehovah possidebat me principio viae suae ante opera sua, jam tunc.

§. II. חכמת Sapientia, quae loquitur, dicitur 1) Sapientia Dei essentialis, a Cornelio a Lapide. 2) Maria virgo, a Galatino in Arcanis, Petro Canisio tom. alter. comment. de verbi Dei corruptelis l. 1. de Maria Deipara Virgine l. 1. c. 12. p. 83. sq. qui cum Galatino quaedam a Salomone dicta, Christo, & quaedam Mariae Virginis tribuit, & a Cornelio a Lapide p. 181. vocatur Maria mystice. 3) Verbum Dei, a Philippo Melanchthonne, Munstero & Clario, vid. Critic. sacr. 4) Dei cognitio, verbum ac potentia Dei a Munstero & Clario. 5) Lex, a Judaeis. vid. Galatinus, & a Grotio. 6) Sapientia creata, aut Dei cognitio, a Munstero, Clario, Cornelio a Lapide, Enjedino, vid. Becmanni exercitat. Theol. 4. p. 56. 7) Sapientia in genere & abstracta, a Socino, legatur Defensio animadversionum in assert. theolog. Collegii Posnaniensis de uno & trino Deo p. 667. 8) Spiraculum vitae homini divinitus concessum, a VVeigelio, in tractatu: Drey Theil einer vwohlgegründeten Anweisung &c. zur rechten Schulen Part. 3. c. 3. ubi haec Salomonis verba: Sapientia clamat

claruit in plateis, ita exposuit: Das ist, in den Menschen; putavit autem, in homine esse sapientiam supernaturalem, quae Adami & Christi in nobis est cognitio, vid. cap. 5. des guldenen Griff's, & spiraculum vitae dixit cap. 15. des VVeibes Saamen, Geist Gottes, das VVort Gottes, oder Christum in uns. Et in tractatu *de studio universi* ait, Spiraculum vitae aus dem Munde Gottes gegangen, ist der heilige Geist, die dritte Person der Gottheit, die in uns vvohnet. Originem huius Sapientiae Fanaticae exposuit *Sperberus* c. 8. tractatus Von des hoechsten &c. Schutze, so ein Mensch in diesem Leben erlangen kan, dass es nichts anders sey, denn die rechte und vvhahre Magia oder Cabala, his verbis: Die VVeisheit Gottes, vvie sie im Buch der VVeisheit beschrieben, ist das Hauchen der Goettlichen Kraft, und ein Strahl der Herrlichkeit des Almaechtigen &c. & in *Mysterio magno* c. 19. p. 74. vocat Christum sapientiam, & nostram animam, p. 75. seimen Dei, Spiritum & initium Sapientiae Christi, Spiritum Dei. Sapientia, ait *Flud de Fluctibus*, Auctor Libr. Sapientiae dicit c. 7. 25. 26. est vapor virtutis divinae, & Apostolus Hebr. 1. v. 3. Christus, dicit, est effulgentia gloriae. Christum vocat Fludius fol. 9. Spiritum Sapientiae, & ideo, ait, *liquet, quodcreatura sit continuata & annexa divinitati per vinculum divinae istius naturae, hoc est per unum & eundem Spiritum vitae.* Haec Sapientia dicitur a *Franckenbergero* in Theologischen Sendschreiben p. 70. das selbstaendige VVort des Vaters, alle Dinge, ait, sind beschlossen in einem, und dieses eine vvohnet in uns allen, und ist und heisset Christus, das evvige und selbstaendige Wort des Vaters, durch vvelches alle Dinge gemacht sind &c. und also sind alle Dinge mit Ihme in uns. *Barclajus in Apologia Theologiae Christianae* thes. 5.

& 6. p. 118. appellat Sapientiam Prov. 8. clamantem, Christum, salutiferum lumen, quod omnibus inest hominibus.  
*Auctor* principiorum Philosophiae antiquissimae & recentissimae statuit c. 4. p. 27. Christum, quatenus est Deus, esse verbum Patris essentialis, quatenus autem est homo, verbum expressum vel prolatum, perfectam & substantiam imaginem illius verbi, quod in Deo est aeternaliter, & verbum prolatum existimat p. 28. vocari Prov. 8. 22. Sapientiam, quae non simpliciter & nude Deus ipse sit, vel aliquod ipsius attributorum. 9.) Res per se subsistens, & a divinis Personis diversa, quae appellatur foemina a *Boehmio*, *Petersenio*, *Pordage*, & *Arnoldo*, vid. das Geheimnis der Goettlichen Sophia. Hoc equidem negat *Timotheus Gotthold*, in tractatu, Eines ist noth, sive part. 3. der Anleitung von wahren lebendigen und thaetigen Christenthum c. 3. q. 8. p. 141. istam autem sapientiam vocat Trinitatis splendorem, claritatem aut Coelum increatum, & lucem, in qua Deus habitat. So ferne, ait, von der Weisheit gesaget wird, dass sie in uns sey, sich uns einergebe, und als eine Braut sich mit uns vermaehle, wird gemeiniglich die offenbahlende, und verklaerende Krafft Gottes in unser Seelen verstanden, vvelches eben die erleuchtende und wirkende Strahlen der ewigen Weisheit sind, als ein steter Glantz und Ausfluss des ewigen Lichts, Klarheit und Herrlichkeit Gottes, die sich mit auffgedecktem Antlitz in uns spiegeln, und Geist und Seel durchdringen und verklaeren will. Welche verklaerende Krafft der Gottheit sich gleich Anfangs, vor aller Creatur, aus dem ewigen Licht des Sohnes Gottes ausergoss, wie noch die Liebe Gottes, und alle Gaben des Heiligen Geistes als ein steter Ausfluss aus Gott in unser Hertzen koennen ausgegossen.

gossen und uns mitgetheilet werden, und als die edelste Krafft in allen Dingen Werckmeister mit war, und sie bildete und modelte, vvie sie noch in allen Geschoepfen vvunderbahr spielet und spiegelt Prov. 8. v. 22. 31. Item: Die erschaffene Weisheit, die in Creaturen ist, die ist nur ein Ausfluss, Licht und Krafft, aus der persoenlichen und evvigen unendlichen Weisheit, von vvelchen beyden zugleich zu verstehen ist Prov. 8. v. 22. 30. 31. Sap. 9. 17. als vvelche beyde stets unzertrenlich, vvie auch der Heilige Geist und seine Gaben. 10.) Humana Christi natura, speciatim ab Athanasio Tom. 1. oper. in Nicæn. Concil. contra Arium disput. p. 121. edit. Paris. 1627. Auctore expositionis fidei p. 242. Basilio, vel ut volunt Erasmus & Scultetus, auctore alio l. 4. aduersus Eunom. p. 104. Ambrosio tom. 1. oper. in exposit. Psalm. 118. p. 1025. edit. Benedict. & tom. 2. l. 1. de fide. p. 463. Epiphanio, qui l. 2. advers. haeres. tom. 2. haeres. 69. p. 745. tom. 1. oper. Paris. dicit: de humana natura dictum existimari salva pietate potest. Cyrillo Alexandrino tom. 5 part. 2. p. 240. Gregorio Nazianzeno orat. 36. sive orat. 2. de Filio, quae quarta est in Theologia p. 578. edit. Paris. Hilario l. 12. de Trinitate n. 45. legantur notae Monachor. Ordin. Benedict. p. 1136. Chrysostomo, qui in sermone περὶ Τριάδος cit. ait p. 960. tom. 6. edit. Eton. Aquilas interpretatus est: ἐκτίσασθαι με possedit me. Igitur cum dicit Sapientia, creavit me, praedicit futurum, quasi iam esset factum. Olym- piodoro, Eustathio & aliis in Catena Graecorum Patrum p. 135. sqq. allegatis. Augustinus tom. 3. oper. l. 1. de Trinit. p. 253. edit. Froben. inquit: Secundum formam servi dictum est: Deus creavit me in principio viarum suarum. Cum his & aliis Patribus sentiunt Scholaftici, Suarez in 3. part Thomae tom. 1. q. 1. disp. 5. sect. 3. p. 138. Vasquez in 3. Thomae tom. 1. q. 1. artic. 3. disp. 3. c. 2. p. 96. & alii. 11.)

Sapientia, Filius Dei & creatura, ab *Ario*, vid. *Athanasiu*s tom. 1. disput. contra Arium in Nicaeno Concil. p. 119. sq. *Epiphanius* l. cit. & reliqui. 12) Sapientia autem, quae loquitur, dicitur recte Filius Dei, verus cum Patre & Spiritu S. Deus, a *Justinino Martyre* in *Dialog. cum Tryphonie Iudeo* p. 221. edit. *Sylburg.* p. 222. 255. 278. *Tertulliano*, qui libr. adversus *Hermogenem* c. 18. & libr. advers. *Praxeam* cap. 7. de Sapientia & Sermone Dei accurate quidem non loquitur, illam tamen Dei Filium nominat, & Trinitatem a *Montano*, ut *Sociniani* opinati sunt, non didicit, Patrem nempe Filium & Spiritum S. unamque Dei essentiam, vid. *Calvo. Script. Anti-Socin. Part. 2. de confessione Martyrum in Trinit.* p. 504. sq. *Origene* tom. poster. comment. in *Johann.* p. 17. 18. & 19. edit. *Rothomag.* & p. 33. ut statuerunt *Athanasius*, *Basilius*, *Nazianzenus*, *Gregorius* & *Didymus*, quibus alii contradicunt, speciatim *Epiphanius* libr. 2. advers. haeret. tom. 1. haeret. 64. p. 527. & *Huetius* his *Athanasiu* verbis: *Verbum ab aeterno esse cum Patre, nec esse alterius essentiae vel substantiae, sed substantiae Patris proprium illum esse, quemadmodum dixerunt, qui interfuerunt Synodo, licet nobis iterum audire ex laborioso Origene, addit 1. 2. Origen. q. 2. c. 5. p. 33. sequentia: Non nego hanc dixisse Origenem, at eo sensu dixisse, quo Nicaena dixit Synodus, id vero fateri non possum.* *Cypriano* l. 2. *Testimoniorum* cap. 1. p. 24. edit. *Amstel.* 1700. *Lactantio*, qui minus equidem recte l. 4. c. 6. de nativitate Filii ita loquitur: *Deus machinator, constitutorque rerum, antequam praeclarum hoc opus mundi adoraretur, sanctum, incorruptibilem Spiritum genuit, quem filium nuncupauit, recte tamen in eodem cap. p. 482. edit. Cantabrig. dicit: Ipse est Dei Filius, qui per Salomonem &c. locutus est, ea, quac subjecimus: Deus condidit me in*

*in initio viarum suarum. Gregorio Nazianzeno, vel rectius, alio auctore, orat. 49. p. 730. vid. Ellies du Pin tom. 2. part. 2. nov. Bibliothec. p. 380. Hieronymo tom. 3. ad Cyprianum in explanat. Psalm. 89. tom. 4. fol. 43. & tom. 7. libr. 1. comment. in Proverb. fol. 9. Item a quibusdam Pontificiis, Medina in 3. part. Thotmae q. 3. p. 29. Gregorio de Valentia tom. 1. comment. disput. 2. generali punct. 1. q. 1. punct. 1. p. 666. Bellarmino tom. 1. secund. controv. general. l. 1. c. 8. p. 272. sq. & Cornelio a Lapide, qui p. 178. accipi potest, ait, sapientia increata, sed notionalis, sive personalis, puta Filius Dei. A Reformati, Lavatero in comment. Amama, vid. Critic. Sacr. in Annotat. in Proverb. p. 100. Christiano Beccmanno in exercit. theol. 4. Carthvprichto in comment. p. 158. & aliis, speciatim Nostratibus, Luther, Calovio, Geiero & reliquis.*

§. III. Sapientia, quam Deus acquisivit, non est I) essentialis Dei sapientia, quae Dei est attributum, quo omnia, captum finiti intellectus, hujusque judicium infinites transcendentia, comprehendit, ideoque 1) semper in suo est subiecto, non ut accidens alicui inhaerens, quod olim recte negarunt Patres a Petavio tom. 1. dogmat. l. 4. c. 1. p. 167. allegati, speciatim Didymus, Damascenus, Maximus & alii; sed ut adjunctum analogice sic dictum: divina autem, de qua disputamus, sapientia, erat apud Deum, rerum omnium caufam, v. 30. & ponebat fundamenta terrae. 2) Non est subiectum aliorum attributorum, cum modus modum non habeat; at Sapientia ait Prov. 8. v. 14. Meum est consilium ac solida sapientia, mea est intelligentia, meum robur. Se sapientissimum vocat consiliarium Es. 9. v. 6. & quia DEVS nullo utitur consilio, tribuit sibi prudentiam omni ex parte perfectam. Adscribit sibi

תושיה

נושׂה quod a *Vatablo* doctrina vera, a R. *Bayno* lex, ab *Aquila* ἐννοεῖται, seu, ut *Drusius* loquitur, bona legum constitutio, a *Geiero* solida sapientia, LXX. ἀσφάλεια, ab aliis essentia, a *Munstero* potentia omnia conservandi dicitur. Sentio cum *Geiero*, quod Sapientia statuat, penes se solum esse ac reperiri sapientiam veram, solidam, ac in omnibus casibus consistentem. Tribuit sibi intelligentiam ac robur, non tantum lumen, quo noster collustratur animus, atque uirtutes, quibus armati vincamus mala, nec locum demus perversitatibus, quas odit sapientia, ut opinatur *Baynus*, sed divinas quoque proprietates, quibus teste *Jobo* c. 12. 13. Deus a creaturis differt, & ab humana speciatim sapientia ac potentia distinguitur. 3) Cornelio a *Lapide* opponimus testimonium *Merceri* in comment. p. 387. *Bellarmini* vid. loc. alleg. & aliorum. Non est II) Maria virgo, quoniam 1) aeterna vocari non potest, quae ex Eli nata est, ac Parentes Majoresque habuit *Luc.* 3. quae 2) diu post mundum conditum, ut *Nicolaus Cusanus* teste *Canisio* l. i. c. 7. de Maria Deipara virgine opinatus est, a Deo creata est, ac originem accepit, non fuit in principiis viarum Dei, & ante omnes creaturas, nec fecit coelum & terram, ejusque posuit fundamentum. Matrem vero Messiae, quam finiunt *Cabalistae*, ac *Theophrastus Paracelsus*, omnibus creaturis priorem, contemnunt ac rident Pontificii sapientes. 3) Multis ornanda titulis nobilitatem suam, teste *Canisio*, a Christo, quam finitam esse sentio, accepit, nunquam clamans in plateis dicta est sapientia. Recitantur verba ejus, quae *Lucas* c. 1. consignavit literis, in concione Christianorum divina, quorum illa auxtrix est ministerialis, Sapientia vero Proverb. 8. clamans est verborum illorum ac omnis Sapientiae divinioris causa principalis. Author tracta-

tractatus de laudibus B. virginis Mariae, qui tom. 2. oper. Epiphani p. 296. O candelabrum, equidem ait, Mariae laudes celebraturus, virgineum, quod illustravit tenebris involutos. O candelabrum virgineum, repellens tenebras, & lucem splendere faciens. O candelabrum virgineum, quod ignem & oleum inseparabile ad illuminandum intulit. O candelabrum virgineum, quod ab altissimo throno accepit ter lucidum ignem, unum inextinguibilem, consubstantialem, & ad illustrandam terram resplenduit &c. Antecedentia, haec & sequentia citati Auctoris verba: *Maria splendidam lucernam relucentem in coelo & terra Christum gestavit, probant, quod Patres nunquam Mariam eam vocaverint Sapientiam, quam solum Dei Filium esse, rectissime intellexerunt.* 4) Maria nudus fuit homo, qui dicere nequit: *Meum est consilium, Sapientia solida & robur.* Nam Petavius vocat Mariam l. 7. de incarnatione c. 10. Dei templum, Patrum vero auctoritate, *Cyrilli, Basillii M. Gaudentii, Brixianni & aliorum probat, quod non eodem modo sit Dei templum, quo Christi humanitas.* Nomen equidem Mariae, (non omnis, quae Maria dicta est, foeminae, sed Deiparae,) divinam virtutem in se continere putavit cum multis aliis *Canisius p. 5. & Petavius in Animadversionibus ad haeresin 30. p. 57. tom. 2. Epiphani, opponit Casaubono,* qui cruci Christi virtutem miracula edendi denegat, auctoritatem *Gregorii Nazianzeni*, qui oratione 18. tom. 1. oper. p. 179. Justinam virginem Christianam, cuius castitatem arte diabolica oppugnare *Cyprianus allaboravit, Mariam virginem periculo liberasse, testatus est.* Fabulam enarrat auctor confessionis *S. Cypriani p. 200. de quo libro supposito legantur Monitio ad Lectorem Cypriani, a Johanne Felio editi p. 196. & Ellies du Pin tom. 2. bibliothec. p. 367.*

qui *Gregorius*, ait, *panegyricam hancce orationem composuit e falsis commentariis &c.* *s. Maria*, dum fuit in vivis, caruit virtute infinita, ad creandum maxime necessaria. Nam *Maldonatus* in Commentar. in *Luc.* c. 2, 3. respondet ad *Chrysostomi* quaestionem: *unde in mentem venerit Mariae, petere a Filio, ut miraculum faceret, cum nullum adhuc fuisse set?* Matrem aliqua prius privatim ab eo facta miracula vidisse, quibus suam aliquando sublevasset inopiam, ideoque in simili casu miraculum ab eo petivisse. Mariam, post mortem semper felicem, infinita virtute esse praeditam, dixit nunquam sacrarum literarum Auctor. Non III) Verbum Dei, sive θεωδος considerandum, Dei nempe sensus, non Dei Filius, quem *Schwenckfeldus*, & alii, qui a *Schwenckfeldo* dissentient, *Hottingerus* in historia creationis p. 47. *Pelarg.* in comment. in *Genes.* p. 13. & reliqui, Verbum Dei vocant essentiale, multo autem rectius dicunt illum alii verbum personale. Verbum essentiale proprie non est genitum, nec est persona, sed habet Sapientiam, cuius illud est sensus, naturae suae Auctorem eminentissimum; sive ἐπιθεωδος acceptum, quod, & a Deo recitatum, & literis consignatum, vox est Sapientiae in plateis clamantis, quae, rebus a Deo conditis, suam accepit originem. Non IV) Potentia, quae nec est genita, nec apud Deum existit, cum essentiale ejus sit consecutivum; nec potest dici opifex, cum sit principium creationis quo immediatum: *Meum enim est robur*, ait Sapientia v. 14. nec est magistra, quae ait v. 6. *Audite, nam praestantia eloquar &c.* & modum vivendi praescribit v. 32. Sed hi actus sunt intellectus & voluntatis, a quibus attributis potentiam differre negarunt quidem *Scotus*, *Ferrariensis*, *Cajetanus*, *Canariensis*, allegati a *Tannero* Theol. Schol. disp. 2. dub. 2. p. 605. *Gregorius de Valentia* tom.

tom. i. comm. theol. q. 15, punct. i. p. 140. *Vasquez* in i. Thom. tom. i. disp. 102. c. 3. p. 682. *Smisius* tom. i. disp. Theol. tract. 3. disp. 7. p. 824. & alii, quibus recte contradicunt *Tannerus* l. all. *Bannes* in part. i. Thom. q. 25, multique alii ab Amico tom. i. disp. 17. p. 257. allegati. Est enim aliis conceptus potentiae, aliis intellectus & voluntatis, & quamvis intellectus & voluntas a potentia ratione non differrent, quod non potuit inficiari *Arriaga*, vid. tom. i. tract. de potentia disp. 40. n. 3. ea tamen, cuius est adjunctum, non posset dici sapientia. Non V) lex, quae ab aeterno quidem a Deo concepta ac decreta, non autem apud Deum subsistit; & manifestata creaturis intellectu praeditis, multorum animos divino collustravit lumine, coelum autem & terram, homines & reliqua non produxit. Non VI) Cognitio Dei ac sapientia hominis, quae est Sapientiae infinitae effectus, atque accidens intellectui finito inhaerens, & angelis primo die productis, ac hominibus sexto die formatis concessum divinitus, quo res intelligentes nec Deum possunt comprehendere, nec rem ex nihilo efficere, ac creare. Si quis mundum ab Angelis, praeclara Dei cognitione praeditis, factum esse statueret, illorum augeret numerum, qui *Simonis Magi*, *Menandri*, *Saturnili*, *Basilidis*, *Carpocratis*, *Cerinthi* & *Valentinianorum* amplexi sunt opinionem. Non VII) Sapientia abstracta, quae ante mundum conditum in mente divina fuit objective, non formaliter. Scholastici, qui Deum discursu virtuali intelligere, & abstractionis ope conclusionem cognoscere putant, vid. *Aldrete* tom. i. disp. 16. sect. 4. p. 246. (qui ab istis dissentit:) refutantur perfectissimo Dei intellectu, & actu ejus uno & simplicissimo. Quicquid in mente divina ab aeterno tantum objective fuit, id non habuit ante mundum conditum realem existentiam,

quae ad causam creationis physicam maxime necessaria est,  
 & non potest dicere : *Quando præparabat coelos, tunc  
 ego.* Sapientia ab intelligentia Dei & rerum creatarum  
 abstracta , nec gaudet virtute creandi , qua unice pollet  
 Numen, nec capit Evangelium, quod Sapientia v. 1. sqq.  
 revelat coelestis, nec adducit homines ad Deum v.34.& 35.  
 nec est a Deo genita, sed est objectum divini intellectus.  
 Non VIII) Spiraculum vitae, quod *Lutherus* tom. 4. oper.  
*Altenb.* fol. 18. & *Forsterus* a Selneccero allegatis, *vitae vo-*  
*carunt halitum*, & in Bibl. German. *lebendigen Oden* Pau-  
 lum Act. 17. dicentem, *Deum concessisse omnibus ζωὴν καὶ*  
*πνοὴν* vitam & halitum, optimum horum verborum *נַשְׁמָה*  
 ■■■■■ esse interpretem , dixit *Forsterus*. Multi Patres sta-  
 tuerunt, illud spiraculum ab anima nihil differre. *Irenaeus*  
 dicit libr. 5. advers. haereses c. 3. p. 318. edit. *Gallasi*, ea, quae  
 fuit a Deo inspiratio vitae, unita plasmati animavit hominem,  
 & animal rationale ostendit. *Chrysostomus* tom. 1. oper. Homil. 12. Deus, ait, *formatum illum de terra, & rationalem ani-*  
*miae essentiam habere voluit, per quam animal hoc absolutum*  
 & *perfectum fieret, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vi-*  
*tiae.* Vitalem dicere vult operandi efficaciam, ei, qui de ter-  
 ra formatus est, spiraculum datum esse, & hoc substantiam  
 animae constitutam. Unde subdit: Et factus est homo in  
 animam viventem. Patres sequuntur *Alphonsus Tostatus* tom.  
 1. oper. p. 83. *Lombardus* & *Hugo Heterianus* vid. *Magdeb.*  
*Cent.* 12. c. 4 p. 169. sq. *Pererius, Bonfrerius* in comment. &  
*Nostrates Gerhardus, Gesnerus, Lyserus, Calovius* in comment.  
 & alii. Quidam Patres nominarunt spiraculum vitae Spi-  
 ritum S. item gratiam, teste *Petavio* l. 8. de Trinitate c. 5.  
 p. 465. Dogmat. ac justitiam. Auctor *adversus Eunomium*  
 l. 5. p. 118. tom. 2. oper. *Basilii, Spiritus*, ait, ad creandum vivo  
 verbo

Verbo coordinatus est, viva virtus, divina natura, infallibili modo, & per sufflationem ad hominem missa, & secundum figuram corporaliter a Domino traditam rursus ab eo per sufflationem restituta. Rectius sentiunt Autores, qui DEI imaginem cum spiraculo vitae homini primo divinitus datum fuisse arbitrantur. vid. *Calovius in Bibl. illustr.* Valde autem errant, qui spiraculum vitae partem hominis tertiam & divinitatis particulam dicere non erubescunt. Qui-dam Patres incaute locuti sunt, qui de spiraculo vitae dicturi, rem illam, quam putarunt esse obscuram, verbis Platonis explicare conati sunt. Verba *Nazianzeni*, qui orat. 16. p. 243. & in carmine, *DEI*, dixit, pars sumus, atque superne fluximus, de imagine divina intelligenda esse putat *Elias Cretensis* in comment. in orat. 1. p. 187. tom. 2. oper. Nazianz. Sentio α) *DEVM* inspirasse primo homini spiraculum vitae, hoc est, animam, eoque actu toti homini suam concessisse imaginem. Eo enim principio, quod homo a DEO accepit, vitam consecutus est. Quod homo una cum suis partibus, intellectus, voluntatis ac omnium virium rectitudinem acceperit, probant sequentia Dei verba: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram* β) Spiraculum vitae non esse ipsam *DEI* imaginem & Spiritum S. Nam homo peccato corruptus amisit totam *DEI* imaginem, spiraculum autem vitae, quo Adam vitam continuavit naturalem, tam diu retinuit, quam diu *Devs* ipse in vivis esse clementissime concescit. γ) Spiraculum vitae non esse divinitatis particulam & tertiam hominis partem. Est enim impossibile, ut *Devs* ex veris constet partibus, easque a se divisas inter homines distribuat. Deut. 6, 4. Matth. 12, 29. Jacob. 1, 17. Malach. 3, 6. Fieri quoque non potest, ut homo divinitatis particulam, tertiam suae naturae partem, recipiat.

cipiat. Duabus nempe partibus, corpore organico & anima rationali, absolvitur essentia humana, quae certis limitibus circumscripta, non potest Divinitatis parte, quae infinita, immensa, aeterna est, & reliquis Dei proprietatibus constitui. vid. Hieronymum aduersus Joianum l. 2. tom. 3. fol. 41. Augustin. tom. 1. l. 2. de Genes. contra Manichaeos p. 83. Alphonsum Toftatum tom. 1. oper. p. 83. Eliam Creensem l. cit. ♂) Spiraculum vitae non esse sapientiam, quam Deus ab initio viarum suarum acquisivit. Spiraculum enim vitae, sexto die hominibus inspiratum, non fuit ante mundum conditum. Si inspirationis rationem habuissest Ruffinus, hanc quorundam Graecorum opinionem, *animas omnes tunc fuisse factas, cum omnia DEVS ex nihilo creavit*, vid. Hieronymi Apolog. aduersus Ruffinum fol. 98. absque omni animi linguaeque haesitantia improbat, ac Cabalistae, reliquique Auctores, illorum doctrina imbuti, teste Hieronymo tom. 9. oper. fol. 101. non dixissent: angelos & animas ante mundi ortum in coelesti fuisse Jerusalem, quoniam intelligi haud possit causa, propter quam nonnulli nudi, alii divites, quidam servi, nonnulli nobiles in diversa orbis parte generentur, nisi causae praecesserint, quibus ex meritis haec animarum unaquaque sortita sit. Spiratio enim est causa spiritus finiti; & Deus, qui dixit, *Facimus hominem, de omni ejus parte locutus est: ut corpus ex terrae formavit gleba; ita spiritum, seu animam, spirando produxit.* Sexto die fecerat Deus, ait August. epist. 28. tom. 2. *hominem ad imaginem suam, quod utique secundum animam rationalem fecisse intelligitur.* Spiraculum vitae creavit nihil, nec fuit virtute creandi praeditum. Spiritus spirando productus, & cum corpore unitus, communicavit illi vitam, creaturas autem, quas Deus absolvit ac perficit,

cit, omnium creaturarum ultimus, non produxit. Quod vis creandi creaturee communicari possit, statuit Durandus, opinionem ejus non improbat Major, communicacionem istam rem dubiam esse sentit Rubius; alii vero Scholastici, quos allegavit Amicus tom. 2. cursus theol. disp. 2. scđ. 2. p. 3. negant illam & pernegant. Nostra ecclesia distinguit humanam Christi naturam, cui omnis data est potestas Matth. 28. a spiraculo vitae, quod creatura est nuda, finita, & idcirco ab aeterno non genita. Non IX) Verbum Patris & lumen, omnium hominum animis insitum, Theosophiae fanaticae, ac revelationis immedietiae principium, pugnat cum coecitate intellectus humani, lumine verbi divini unice corrigibili Ephes. 4, 18. Ephes. 5, 8. vid. Impiet. Weigelian. Thummii p. 20. sqq. Scriptura enim non est instar statuae mercurialis, quae hominem ad verbum & lumen internum adducit, ut cum Schwenckfeldio vid. Wigand de Schwenckfeldismo p. 14. Weigelio, Rathmanno & reliquis recentiores sentiunt Fanatici; sed virtute divina vivificandi Joh. 6, 63. regenerandi 1. Petr. 1, 23. fidem concedendi Rom. 10, 17. & salvandi Rom. 1, 16. Jacob. 1, 21. praedita, regenerat, convertit, Psalm. 19, 23. vivificat 2. Corinth. 3, 6. iustificat. Rom. 3, 27. sqq. & salvat Joh. 5, 24. Non X) Sophia a Patre, Filio & Spiritu S. distincta, ante mundum conditum subsistens, quoniam 1) Si ista existeret Sophia, duae nature darentur aeternae, & divina multiplicaretur natura. Nam Sophiae coelesti, foeminae divinae, & a Personis divinis distinctae, teste Arnoldo cap. 3. libr. allegati a Jobo 28, 26. 27. Salomone Prov. 8, 22. & 29. tribuitur essentia, quae cum Trinitate aeterna est, ac perpetua. Die Weisheit ist allerdings, ait Arnold. p. 24. ein ewiges Wesen. Welches von allen sichtbaren Creaturen mit der hoch heiligen Dreyeinigkeit gleich ewig gewest,

weßt, und auch in alle Ewigkeit bleiben wird. Nostrum argumentum confirmat distinctio sexus, quae habet locum in essentiis vel individualibus, vel specificis diversis. Eodem errore implicatus est Timotheus Gottholdius, qui sapientiam quidem non vocat foeminam aeternam, sentit autem, quod sit eine verklaerende Kraft der Gottheit, welche sich Anfangs vor aller Creatur aus dem ewigen Licht des Sohnes Gottes ausergosßen, hanc appellat p. 143. die erschaffene Weisheit, die in Creaturen ist, einen Ausfluß, Licht und Kraft aus der persoenlichen Weisheit. Sapientia Dei essentialis emanat secundum nostrum tantum conceptum ex divina essentia; Sapientia vero, quam laudat Timotheus, emanat ex lumine Filii Dei, & vocatur Sapientia creata, quo titulo, & ab essentia divina, & a sua causa, a Filio Dei, realiter differt, & ante omnes existens creaturas, (pugnatio loquitur Timotheus) gaudet aeternitate, quae a reliquis Dei perfectionibus ac essentia ejus non potest divelli & separari. Si hanc sententiam, quae inititur attributo dipino, & ab essentia Dei inseparabili, Gottholdius aversatur, argumentum approbat Arii, & rem aliquam, Deo inferiorem, ante mundum conditum fuisse, statuit. 2) Si Sophia per emanationem Personis divinis esset addita, auctus esset Personarum numerus coelesti & aeterna Sôphia. Die Weisheit, ait Arnoldus p. 30. ist ein geistliches, goettliches und himmlisches Wesen. Quartam Deitatis personam negat Timotheus; Sapientiam autem coelestem & ex Filio Dei emanantem, dixit rerum omnium opificem, qui & substantia est, & res ultimato subsistens. Hae vero sunt conditiones, quae totam ac integrum personae rationem absolvunt & perficiunt. 3) Fanatici acceperunt istam de Sophia coelesti opinionem a veteribus Haereticis. Simon Magus dixit

dixit Helenam, conjugem suam, intelligentiam, ac Angelorum, quibus se mundum effecisse statuit, procreatricem. *Basilides*, qui Magi doctrinam, quam amplexus est, novis opinionibus auxit, *principium*, dixit, vid. *Epiphanius* l. 1. tom. 2. haeres. 24. *unum & ingenitum est omnium parens, ab hoc procreata mens, a mente verbum, ab hoc prudentia, a qua Sapientia prodiit.* *Sophiam*, ait *Tertullianus* libr. advers. *Valentinianos* c. 21. dicebant *Valentiniani* terram, matrem & Spiritum sibi omnem illi honorem contulerunt foeminae. Hi & alii in errore induxerunt *Theophrastum Paracelsum*, qui in libr. de ligno vitae p. 531. ait : *Ehe der Himmel und Erden erschaffen worden, da schwebet der Geist Gottes auf dem Wasser, und trug das verbum Domini, den Spiritum Domini in ihme, das Wasser war matrix &c. und in diesen Wasser war beschaffen Himmel und Erden &c. in den war der Geist Gottes, der in Menschen ist.* *Paracelsus* eodem errore implicavit *Weigelium*, qui foeminae, quam *Sophiam* esse putavit, naturam, his verbis exposuit : *Die himmlische Eva ist GOTT selber, diese beyde ein GOTT, ein Geist Gottes und Wort, die erstgebohrne für allen Creaturen, Christus die Weisheit, durch welche Himmel und Erden geworden, diese himmlische Eva hat den Sohn Gottes geboren von Ewigkeit in der Trinitat.* Nam *Osiris* vocavā *Plutarchus Sapientiam, & Iosin scientiam ac Minervam.* Aegyptii ante adventum *Josephi* in Aegyptum coluerunt ista rerum principia, qui detestati sunt *Genes. 46, 34.* Pastores, non propter arrogantiā, ut *Rupertus & Selneccerus* opinati sunt ; nec propter Aegypti devastationem, cuius auctores erant Pastores, qui teste *Josepho* urbes & templa diruerunt, cuius causa, inquit *Bochartus* libr. 1. c. 4. p. 374. sq. omnis pastor ovium Aegyptiis erat execrandus ; sed propter cultum, vel rectius

superstitionem, Exod. 8. Coluerunt enim Apin, ideoque Osirin. Vid. *Josephus, Philo, Diodorus Siculus & alii a Bonfrerio in comment. in Exod. c. 8. p. 380.* allegati. *Osiris & Isis* non sunt nomina Personarum divinarum, quas *Josephum* jussu Pharaonis Aegyptios docuisse *Gerhardus* tom. 3. Loc. §. 18. Geierus in comment. Psalm. 105, 22. & alii recte sentiunt, nec *Osiris* seu *Serapis* fuit *Josephus*, ut statuit *Julius Firmicus Maternus* de mysteriis & erroribus Relig. c. 14. id quoque non probat *Casalius* vid. ritus Aegypt. p. 29. *Serapidis* nomine, quod Aegyptii mundi Salvatori teste *Baronio* imposuissent. Illo enim titulo ornant quoque *Cabalisticæ* principium, quod *Chaldaei* vocant mentem, & appellant illud *חַכְמָה* Plato Regem secundum, *Platonici* intellectum, ac mentem. Vid. *Plotinus Ennead. 6. l. 2. c. 20. Marsilius Ficinus* in *Ennead. 9. c. 16.* Haec verba: Jupiter & mas est & foemina, *Orpheo* tribuit *Apulejus*. Non est XI) humana Christi natura, quae a Deo non genita, sed ex Maria Virgine creata, nec Deo in initio viarum ipsius fuit realiter praesens, nec causa coeli ac terrae, reliquarumque rerum physica. Non XII) Dei Filius, qui Dei est creatura, quia 1. recte dicit *Athanasius* t. 1. orat. 3. contra *Arianos*, Sapientia creatrix non est creata. Nam omnia, quae non sunt Pater, Filius, & Spiritus S. vid. contra Arianos *Epiphanium haer. s. 69. l. 2. t. 2.* per Verbum, sive Sapientiam creatricem Joh. I, 3. facta sunt. Verbo, ait *Athanasius* l. c. p. 392. non creata fuissent omnia, si ipsum ex numero operum aut rerum conditorum fuisset. 2. Creatio, qua aliquid fit, vel ex nihilo, vel ex inhabili materia, requirit infinitam potentiam, qua solus Deus causa creationis est efficiens. Job. 9, 8. Es. 44, 24. 45, 12. 18. creature autem omnes substantiae suae, dixit *Auctor de Spiritu S. lib. 1. c. 7. p. 617. tom. 2. Oper. Ambros.*

*Ambros. proprietate clauduntur.* 3. Ante mundum conditum nulla fuit creatura. Genes. I, I. Sed est XIII) Sapientia hypostatica, Dei Filius, unus cum Patre & Spiritu S. Deus. Haec enim Sapientia fuit ante mundum conditum, v. 22. sqq. quod Dei proprium, infinitam ejus essentiam a creaturis Psalm. 90, 2. distinguit. Hinc Verbum, quod fuit in principio, vocatur a Johanne c. I, I. Deus infinitus ac aeternus, qui potentia pollet infinita, quam rerum omnium opifex v. 30. universi mundi productione ostendit; gaudet auctoritate summa, quae omnes homines ad obedientiam isti exhibendam v. 32. obligat; ornat homines sapientia divina v. 6. sqq. condemnat malos v. 36. & Sapientiam recipientibus largitur vitam spiritualem ac aeternam v. 34. Ipsi convenient actiones ac subsistentia, qua a Domino, qui istam acquisivit, distinguitur, & speciatum, quia genita est v. 22. & 24. est Verbum, quod caro factum Joh. I, 14. seu Dei Filius.

§. IV. Deus autem, dicunt Dissidentes, 1) Sapientiam essentialem posedit ab aeterno, per eamque concepit, dixit & fecit omnia. Resp. Posedit Essentia divina esentiali sapientiam, a se realiter non diversam, vi suae Naturae, ac secundum nostrum conceptum, per aeterham ex nuda essentia emanationem; Sapientiam autem hypostaticam genuit Pater, Personam divinam & realiter a se diversam. Verbum, quo Deus creavit, dicitur a Justino Martyre in Dialog. cum Tryphone p. 72. & Tertulliano l. 5. advers. Marcion. p. 467. hypostaticum. Verbum potentiae est medium creationis immediatum quo, Essentia ultimato in tribus Personis subsistens principium ejus quod. 2) Per Sapientiam velut ideam perfectissimam architectatus est Coelum, &c. Resp. Sapientia vero essentialis, principium creationis quo, non est Sapientia a Patre genita.

C 2

§. V.

§. V. De Maria Virgine loqui Salomonem, conatur *Canisius* auctoritate *Epiphanius*, qui verba Salomonis, quoniam 9. cap. ait: *Sapientia aedificavit sibi domum*, ita exposuit: *Dominus creavit me, hoc est, aedificavit me in utero Mariae*. Resp. Domum a Sapientia aedificatam *Prov. 9, 1.* humanam Christi Naturam esse, arbitrati sunt *Athanafius* disput. *contr. Arium in Nic. Concil. p. 121. t. 1.* & orat. 3. *contr. Arian.* p. 415. *Hilarius in tract. 138. Psalm. §. 154. p. 511.* *Ambrosius de Fide l. 1. c. 15.* §. 98. p. 463. tom. 2. *Oper.* Hos sequuti sunt alii, speciatim *Nicetas in comment. in Greg. Nazianz.* orat. 44. Quod Patres nonnulli Sapientiae domum, & humanam Christi naturam, & Ecclesiam dixerint, auctoritate *Catena Patrum* in h. l. comprobatur. Nam *Cyprianus c. 15. l. 1.* aduersus *Judeos* p. 19. nominat illud templum Christi corpus, & c. 20. p. 21. vocat Sapientiae domum Ecclesiam. Idem de illa domo statuit *Hieronymus* tom. 7. oper. fol. 9. ad cap. 9. *Proverb. Salom.* Sentio cum *Augustino*, qui tom. 5. oper. de *Civit. Dei* lib. 17. c. 4. p. 945. & c. 20. p. 982. Domum, a Sapientia compositam, Ecclesiam esse existimat, quam sententiam suam fecerunt *Munsterus*, *Clarius*, *Mererus*, *Lavaterus*, *Geierus*, *Calovius* & alii. Illa enim Domus a Sapientia aedificata est, in qua hostiae, quae a *Cypriano* Sacraenta nominantur, mactandae sunt spirituales. *Epiphanius* & reliqui Patres allegati, qui humanam Christi naturam Sapientiae domum vocarunt, non stant, quod de Maria virgine haec verba: *Deus acquisivit me* &c. intelligi debeant.

§. VI. *Munsterus* & *Clarius* ita argumentantur: *Verbum Dei* & *Potentia ejus* sunt aeterna, & sicut verbo omnia sunt condita, ita omnia reguntur & dispensantur verbo Dei. Sunt Omnipotentia ac Dei Verbum, quatenus Dei sensus,

con-

conceptus ac decretum est, aeterna; non autem a Deo genita, nec apud Deum, ideoque non Sapientia, quae est λόγος apud Deum, ipseque Deus, per quem omnia facta sunt. Joh. i.

§. VII. Ne opus efficiam & navem, quod alii cum laude absolverunt, mitto argumenta *Socini* & *Enjedini*. Nam illius rationes refutavit *Gerhardus in Exegesi Loc. 3. n. 129. p. 38.* istius autem nodos resloverunt *Feuerbornius* & *Becmannus*, & argumenta Fanaticorum affero in medium, eaque refello. 1. Sentiunt Fanatici veteres, *Weigelius*, & alii, se gravi inniti argumento, divina nempe inspiratione, qua Deum, suae Naturae partem Adamo olim concessisse, arbitrantur. Resp. Veteribus Haereticis, qui eodem usi sunt argumento, ita respondet *Chrysostomus tom. 1. oper. sermon. 13. in cap. 2. Genes. p. 79. edit. Eton.* & p. 32. *Lugdun.* *Ansam ex verbulo inspiravit rapientes afferunt, ex Dei essentia esse animas.* Quoniam obtenebrata est ratio eorum, etiam veram Scripturae mentem ignoraverunt. Si ideo, quod Scriptura dicit: inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae: hoc dicere volumus, neceſſe erit & Deo os affingere, & manus tribuere, quandoquidem inquit: Et formavit hominem &c. Quia haec de Deo sunt dicta, ita illa accipiamus, ut par est ea de Deo accipere. &c. Exponit Deus creationem animae inspirationis termino, quo brutorum animas, quas vivas terra produxit, ab animabus hominum, quae sunt spiritus, distinxit apertius. 2) Moses, dicit *Poiretus l. I. oecon. divin. c. II. §. 3.* Deum ita introducit, ut eum non per mandatum, non per formationem aut creationem, sed per inspirationem animam produxisse narret. Quae duo profecto non parum inter se differunt &c. *Inspiratio est communicatio ejus, quod in intimis, seu intra cor spi-*

rantis est. Ergo Deus homini ea dedit, quae in ipso erant, hoc est divinam naturam suam: nihil enim aliud in Deo est. Vim argumenti, quo Chrysostomus usus est, infringere conatur nova oris Dei interpretatione. Deus, ait, communicavit cum homine spiritum suum per faciem suam, quo nomine Filius Dei in sacris frequenter indigitatur &c. Si pro verbo faciei & oris reponas vocem intuitus, considerationis, contemplationis aut visus, res eodem redibit. Videlicet Dominus inspiravit per considerationem sui, aut se se contemplando semetipsum in imagine sua essentiali, in Filio suo, per quem, propter quem, & ad quem fecit omnia, adspiciendo &c. Ergo in hac contemplatione Dominus in hominem spiravit, spiritum seu animam vitarum. Resp. Si inspiratio a mandato divino, formatione & creatione differt, non distinguitur inspiratio animae ab inspiratione Spiritus S. & quia Spiritus oris Dei, via spirationis, tertia Trinitatis Persona est, omnis hominis anima erit Spiritus S. & persona divina. Est animae humanae inspiratio certus creandi modus, ideoque vera creatio, cuius causa omnes homines Dei sunt creaturae. Deus enim dicebat: Faciamus hominem Genes. 1, 26. & Moses ait v. 27. bis, Deus creavit hominem, utiturque verbo בָּרָא quo materiae quoque creationem v. i. indicavit. Cum homine imaginem Dei esse conditam, probat Paulus Ephes. 4, 24. ubi Adamum vocat ἀνθρώπον, hominem in justitia & sanctitate veritatis κτισμένα, creatum. Deum per suam Faciem seu Filium spiraculum vitae spirasse non dixit Moses, cuius haec sunt verba: &c. וְיַיִן בְּאֶפְיוֹן & inspiravit in faciem. Quod נְשָׁמָה in naribus hominis sit, probat auctoritate Esaiæ cap. 2, 22. Selneccerus in comment. Scriptura, ait recte Alphonsus Tostatus l. I. p. 83. voluit manifestare animam per vitam, quae est ab anima: ipsa autem vita

vita permanet, quamdiu in homine est respiratio. Fuit inspiratio animae κοινωνία οὐτ' ἀλογοίσω seu communicatio effectiva, non κοινωνία οὐτ' ὄμορφία & divinae partis. 3) Opinionem suam confirmari putat Poiretus vita hominum divinitus vivente, quae Joh. 1, 4. fuit in verbo. Quae verba, ait, eodem redeunt, quo verba Mosis dicentis, Deum ex se per Filium suum spirasse spiritum vitarum, & manifesto docent, essentiam animae, qua divinae, eandem esse, quae est ipsius Dei, quae in Verbo semper fuit. &c. Addit Johannes: vita haec est lux hominum, nimirum, haec vita est, quae & in divino Verbo luminosissima est, & homines, in quibus per divinam gratiam suam habitat, illuminat. Resp. Λόγος habuit ab aeterno formaliter potestatem vitam concedendi hominibus, vita vero creaturarum, speciatim hominum, naturalis, spiritualis & aeterna, nec est, nec fuit formaliter in Λόγῳ. Vita hominis non tantum est spiritualis, sive intentionalis, verum etiam physica, cum utraque finita & non absolute perfecta sit, ac ultima speciatim materia non liberata, non potest Λόγῳ, Personae divinae, ac omni ex parte perfectae, formaliter convenire. Lux & sapientia hypostatica est Dei Filius, qui homini intellectum & rerum humanarum divinarumque intelligentiam, non autem mentem ex se deductam, spiritualis cognitionis principium, concescit. 4) Quia Paulus Coloss. 1, 15. Christum nominat primogenitum, Deique imaginem, arbitratur Poiretus l. cit. §. 6. & 7. res intelligentes ex Deo natus esse perinde ac Filium Dei. Resp. Rectius sentit de Primogenito Athanasius in expositione Fidei l. i. p. 241. ante omnem, ait, substantiam rationalem & intellectualem natus est. Angelos & animas vocari a Paulo creaturas, non potest inficiari Poiretus. Hinc ipsi sequens Athanasii oppo-

opponimus argumentum: *cum Filium, inquit, Dei Primogenitum dicit Paulus, non esse creaturam ostendit, sed foetum Patris: peregrinum enim est, & alienum a Trinitate, si dicatur creatura, quoniam omnia creata sunt a Patre per Filium, & solus Filius a Patre genitus ab aeterno est, ideoque Primogenitus est omnis creaturae.* *Auctor comment. in b. epist. p. 263. Appendic. oper. Ambrosii* inquit: *Ante omnem creaturam, genitum Filium, non creatum, testatur Paulus, ut secereret nativitatem ejus a Creaturae factura, & ut hoc penitus clarescat, subjungit: Quia in ipso condita sunt &c.* 5) *Sapientia clamans est in homine,* dicit Weigelius, vid. disput. huj. §. 2. p. 5. Resp. Omnis sapientia, qua anima imbuta est, supernaturalis, ex Verbo divino ejusque intelligentia orta est, quae in omnibus, si a spiraculo vitae nihil differt, hominibus reperitur, ac lumen est universale, Fanaticae Theologiae principium, cui animi nostri coecitas, & totalis imaginis divinae amissio, adversantur. Spiraculum vitae, quod imaginem Dei amisit, ac potestati diaboli se subjecit, non est semen mulieris, quod solus est Christus, sanctus & purus Mariae filius Genes. 3, 15. inferni victor Os. 13, 14. nostraque salutis restaurator. *Christus,* inquit Irenaeus 1. 5. c. 18. *est semen mulieris, quia ex virginie, quae Gal. 4, 4. mulier dicitur, natus est, & Cyprianus 1. 2. adversus Judaeos c. 1. §. 9. p. 28. ait: Hoc semen, virginis scilicet, Matris Messiae Esaiæ c. 7, 14. felicissimæ, prædixerat Deus de muliere procedere, quod calcavit caput diaboli.* Idem de illo semine sentiunt Origenes tom. 1. oper. hom. 19. in Jerem. p. 193. Lutherus tom. 2. Oper. Altenb. p. 314. & reliqui Nostrates. *Quoniām ἀόγε spiraculi vitae auctor est, non potest illud semen esse mulieris, quod totum hominem peccatis ac potestate diaboli liberavit. Johannem,*  
qui

qui epist. I. c. 3. ad hoc apparuit, dicit, Filius Dei, ut destruat opera diaboli, verba Mosis Genes. 3. bene interpretari, sentit recte *Selneccerus* in comment. Si vero Spiraculum vitae, Adamo olim concessum, semen fuisset mulieris, quod diabolum debellavit, fuisset in Paradiso Adami anima Messias, non promissus Adamo, & aliquando futurus Mariae Filius. Pro Fanaticis non facit opinio quorundam Auctorum, qui Viros sanctos & religiosos semen mulieris vocare non dubitant. *Chrysostomus* enim *homil.* 13. in c. 3. Genes. Deus, inquit, spiritualem serpentem pedibus nostris subjecit humiliatum, & nos incumbere illius capiti fecit. Cum *Chrysostomo* sentit *Nicetas* in comment. in *Gregor. Nazianz.* orat. 42. p. 1177. Electos semen esse mulieris, quod serpentem, diabolum, supprimunt, existimarunt teste *Spanheimio* in exercit. de *Gratia DEI universalis* p. 184. *Oecolampadius*, *Musculus*, *Junius*, *Marloratus*, *Rivetus* & alii. Hi enim Auctores dixerunt Electos semen mulieris, & non recte divina interpretati sunt verba, vid. *Calov. in Bibl. illustrat.* Fanatici autem vocarunt semen mulieris electis pariter ac reprobis commune vitae spiraculum. Spiraculum vitae non est Christus, nec Christus in nobis. Λογος enim est primi vitae spiraculi causa, & Christum non tenemus ac potimus vi generationis, sed virtute Sacramentorum ac fidei. I. Petr. 1, 3. 4. Ephes. 5, 26. 30. Gal. 3, 27. I. Cor. 10, 16. Joh. 17, 20. 23. Eph. 3, 17. Christum vero cum homine natum, Gentilium inventum, ac Haereticorum idolum, rident Christiani. Spiraculum vitae non est Dei Spiritus & Spiritus S. Opinionem fanaticam tempore *Tertulliani* Haereticorum animos occupasse, probat Presbyter ille *Carthaginensis* lib. de anima c. II. p. 267. Haeretici, dicens, nescio quod spirituale semen infulciunt animae de *Sophiae matris* occulta liberalitate

conlatum, ignorante factore; quum scriptura factoris magis  
Dei conscientia nihil amplius promulgaverit, quam Deum flan-  
tem in faciem hominis flatum vitae, & hominem factum in  
animam vivam, per quam exinde & vivat & spiret: satis de-  
clarans differentias spiritus & animae &c. Primo, ait, data  
est a Deo hominibus anima, i. e. fatus populo in terra in-  
cedenti, id est in carne carnaliter incedenti, id est in carne  
carnaliter agenti; postea Spiritus, eis, qui terram calcant,  
id est opera carnis subigunt. Haec conferantur cum illis,  
quaes Tertullianus Marcionis lib. 2. c. 9. p. 372. opposuit. Ea-  
dem distinctione utitur Irenaeus, qui l. 5. c. 12. hominem  
perfectum, ex carne, anima & spiritu constare arbitratur,  
non ex tribus, quas singunt Gentiles, Haeretici ac specia-  
tim Fanatici, naturae humanae partibus, sed ex Spiritu Dei  
& partibus essentialibus, quae sine isto Spiritu caro & san-  
gvis nominantur. Spiraculum vitae Spiritum Sanctum  
quoque vocavit Philastrius, Augustinus autem l. 13. de Civi-  
tate Dei c. 24. p. 741. sqq. tom. 5. oper. refutavit illam opini-  
onem, parum considerate, dicens, quibusdam visum est,  
in eo, quod legitur: *Inspiravit Deus in faciem ejus Spiritum*  
*vitae &c. non tunc animam primo homini datam, sed eam,*  
*quae jam inerat, Spiritu S. vivificatam.* Movit enim eos,  
quod Dominus Jesus postquam resurrexit a mortuis,  
insufflavit, dicens, discipulis suis. *Accipite Spiritum S. &c.*  
Augustinus negat recte dixisse Evangelistam: *Et facti sunt*  
*in animam viventem, & si id, inquit, dictum esset, hoc in-*  
*telligeremus, quod animarum quaedam vita sit Spiritus Dei,*  
*sine quo animae rationales mortuae deputandae sunt.* A  
Patribus, qui opinionem, quam Augustinus refutavit ver-  
bis, amplexi sunt, dissentient quoque Pontificii, qui au-  
toritatem Patrum lucem ac ducem consequuntur, Bon-  
fre-

*frerius & Pererius* in commentariis. Accepit Spiritus S. non a spiratione causalī, qua primi hominis est anima, sed a spiratione non causalī, seu personali, suum nomen, quod rationem explicat Personae singularem ac divinam nullique naturae στοιχίων communicabilem. Si Spir. S. vitae esset spiraculum, multis laboraret infirmitatibus, & esset, violata lege, peccator justa poena dignissimus. 6) *Quod Christus* vitae sit spiraculum, putat *Sperberus* divina probari imagine. *Homo*, dicit, secundum Dei imaginem factus est, *imago autem est Christus*. Resp. Multi quidem Patres, *Cyrillus Alexandrinus*, *Auctor contra Eunomium*, *Clemens Alexandrinus*, *Athanasius*, & alii a Petavio tom. 2. Dogmat. c. 5. p. 328. allegati, statuerunt, Filium Dei esse imaginem Dei, cuius homo imago est; Facio meām Petavi, qui a Patribus dissentit, sententiam, si stricte, ait, & accurate loquimur, non ad hujus magis, quam aliarum Personarum imaginem homo est factus. Divinitatis enim ipsius effigiem, non Personae cuiuspiam prae caeteris gerit. Itaque, faciamus hominem ad imaginem nostram, dixit sive Deus Pater, sive tota ipsa Trinitas; non ad imaginem tuam, ut adversus Anthropomorphitas *Cyrillus* ostendit. Nemo Deo melius naturam divinac imaginis verbis exposuit, qui istam in sanctitate & justitia Ephes. 4, 24. & in perfecta rerum divinarum intelligentia Col. 3, 10. positam, nos edocuit. Fanaticus non sentit cum Patribus, sed potius cum *Philone*, qui in libro de mundi opificio Adami animam longe fuisse, ait, excellentissimam, eo, quod nullo exemplari alio ex rebus procreatis usus est ad illius productionem, sed solo suo Verbo. Sentit enim Philo, esse hunc mundum, ad ideam, quam vocat λόγον, formatum. Ista vero Idea, seu archetypum, est mundus intelligibilis, Idea idearum, Deique Verbum.

D 2

vid.

vid. Petav. tom. 3. Dogm. l. 2. de Opificio sex dierum c. 4. p. 165. Ut Philo & Platonici Divinitatis ac Ideae istius partem mentem vocabant humanam: ita dicunt Fanatici Spiritum, tertiam hominis partem, divinam, ac Christum in hominiibus.

§. VIII. Partem Divinitatis, a Deo genitam, & nobis concessam divinitus, sequentibus argumentis demonstrari, existimant Fanatici: Der Vater, dicunt, der Lichter hat uns nach seinen Willen gezeuge, durch das Wort der Warheit. Jacob. I, 17. & 18. Darumb vvird auch unsere Seele, semen Dei, der Saame Gottes Malach. 2, 15. genennet, vveil der Herr unser Seelen Theil ist Psalm. 16, 5. Denn da GOtt der HErr den ersten Menschen aus einem Erd-Kloss formiret hatte, bließ Er ihm einen lebendigen Athem in die Nasen, vvelcher Athem vvar des lebendigen GOttes Job. 33, 4. Ist also die Leuchte des HERren des Menschen Athem, die durch das gantze Hertze gehet Prov. 20, 27. und der HErr ist Spiritus oris nostri Psalm. 33, 6. Dahero gesaget vvird, dass GOttes unvergaenglicher Geist sey in uns allen Sap. 12, 1. auch sonst (ohne das) der Herr ein GOtt der Geister Num. 16, 22. und ein Vater der Geister, ja der evvige Vater unser aller Hebr. 12, 9. & Malach. 2, 10. ist und genennet vvird: Wir aber sind Goettliches Geschlechts Act. 17, 28. und Kinder GOttes 1. Joh. 3, 1. und seine Erben, und also Mit-Erben Christi Rom. 8, 16. 17. Denn vvir kommen alle von einem HERren, beyde der da heiliger, und der geheiligt vvird Hebr. 2, 11. Darumb schaetmet sich auch CHristus nicht, unser Bruder zu heissen. Vid. Sperberus in mysterio magno, Poiretus, Felgenhauerus, & alii. Resp. 1. Pater luminum Jac. 1. est tota Trinitas, cuius immutabilitas non est primae Trinitatis Personae, sed divi-

divinae Naturae essentialis proprietas. Non genuit Pater luminum, sed regenuit homines, quorum nullus potest dicere: *Dominus acquisivit me in initio viarum suarum.* Ab *Anthonio & Fulgentio*, qui *Jacobum* his verbis: Βγληθεὶς ἀπεκύντειν, volens genuit, nativitatem Filii aeternam, quae naturalis est & necessaria, a regeneratione hominum, quae est voluntaria & libera, distinguere putarunt, alienus est *Brockmandus*, cum alia instituti Apostoli sit ratio. Indicavit quidem Jacobus veram regenerationis causam, incredibilem Dei Benevolentiam; haec vero probat perspicue, quod Jacobus regenerationem hominum a generatione propria ac hyperphysica diversam verbis exposuerit. Hoc argumentum confirmat Verbum Veritatis, seu Evangelium, quo, teste *Jacobo*, filiorum Dei sit generatio. Evangelio enim dignatur fides, ac tota regeneratione ab aqua & Spiritu absolvitur. Róm. 10, 14. Joh. 1, 12. 1. Petr. 1, 23. Joh. 3, 2) Diēu putat, רֹא נ̄ seu *Unum* significare Malach. 2. Deum, qui semen quaerit divinum, cuius ipse Auctor & Pater dici queat. Hieronymus dicit tom. 6. oper. fol. 132. unus Deus, quid quaerit, nisi semen Dei, hoc est, filios de Israelita stirpe genitos; Lutherus putat tom. 7. Oper. Altenb. fol. 708. unum esse Abrahamum, & semen Dei esse semen a Deo promissum; Lutherum sequuntur *Baldinus* in comment. p. 977. *Calovius* in Bibl. illustrat. & *Winckelmannus*. *Marelius* in comment. in Hagg. Zachar. & Malach. part. alt. p. 1390. Homo, ait, ille vel est Adam, vel Isaac, vel potius Abraham; Adamum, quem Deus fecit unum, intelligendum esse puto. Semen Dei, dicit *Calinus* part. alter. tom. 3. p. 752. est semen legitimum; *Piscator* ait: significat liberos sanctos ex Dei institutione in legitimo conjugio natos, idem de illo semine sentiunt *Himmelius* & *Tarnovius* & reliqui.

D 3

Haec

Haec verborum interpretatio non adversatur analogiae Fidei, fanatica vero opinio nec potest Scriptura Sacra, nec ratione defendi. 3) Quod Psalmus 16, 5. de Davide agat, sentiunt Calvinus in comment. tom. 3. oper. p. 60. sqq. in Institut. l. 2. c. n. n. 2. fol. 86. tom. 6. oper. & lib. 3. c. 25. n. 10. & Grotius. Hieronymus autem ita fol. 10. tom. 8. operum verba divina exponit : *Hacreditas Christi Ecclesia est, & Dominus est pars corporis sui.* Celeberrimum Presbyterum sequuti sunt Aegid. Hunnius vid. Anti Pareum alter. t. 2. oper. p. 857. Calovius in Bibl. illustrat. ac reliqui Nostrates, nec non Piscator in Notis. Pareus ipse non potest negare, quod Apostoli Christi personam ac officium sacerdotale isto vaticinio demonstraverint. Conditionem haereditatis, de qua Deus loquitur, ostendit Calovius verbis sequentibus : *Dominus, inquit, dicitur haereditatis pars Christi, ut Deus Levitarum fuit portio; tum ut sacerdotium ejus denotetur, tum ut designetur, Christum, secundum humanam naturam spectatum, hanc portionem sibi elegisse, inque Domino unice delectationem habere.* Non multum ab hac sententia abit Piscator, qui putat esse metaphoram Psalm. allegat. a divisione agrorum inter haeredes petitam, quomodo olim terra Canaan divisa fuit inter duodecim tribus populi Israelitici. Quoniam divus verborum Author calicis mentionem fecit, istum de cibaria porzione loqui putant Geierus in comment. & Menochius l. 6. de Republ. Hebraeorum c. 3. p. 503. Res controversa est Vox מנה quam partem constitutam ac dinumeratam portionem seu distributionem significare, sententiis divinis probant Castellus & Schindlerus in Lexicis. Si res inter homines distributa divinitatis pars est, vel in partes divisus est Deus, vel novis partibus auctus quotidie multiplicatur. 4) Quem Elihu Job. 33. seu

205H

seu Dei Spiritum, essentiae humanae Auctorem, nominat, est  
tertia Trinitatis Persona. **Λ**ν Dei est nomen, quod significat  
Numen, seu Deum fortissimum, qui habet **Π**νυ seu Spiritum,  
ideoque Deus est spirans, sive Persona divina. **Π**νυ seu Spi-  
ritus distinguitur a Deo, qui nominatur **Λ**ν non Σταθμος,  
sed Προσωπικως. Nam naturam virtute, qua hominem  
effecit, eadem instructus, habet eandem, & est Spiritus  
Oris Dei Psalm. 33. qui totum Coeli exercitum creavit. Hanc  
sententiam tenuerunt olim Patres, Basilius M. Homil. 17.  
in Sanctum Baptismum p. 510. Ambrosius l. 1. Hexaemer. c. 8.  
§. 29. p. 17. Et de Noe & Arca lib. uno c. 16. §. 58. p. 251. Hiero-  
nymus 7. tom. oper. fol. 104. & reliqui Theologi, Ger-  
hardus in Exeg. Loc. 3. n. 31. tom. 2. de Imag. Dei n. 12. Dorsch.  
P. 2. Theol. Zachar. disp. 5. n. 48. p. 197. Et in Pentadec. c. 2.  
§. 36. p. 93. Calov. in Bibl. illustr. & alii. A Cajetano dis-  
sentit Bodlicius tom. alter. in Jobum p. 523. sq. ac sentit,  
quod veram verborum Elihu rationem non ostenderit;  
existimo quoque de Spiritus Dei opere non recte statuisse  
Cajetanum. Rationem enim, ait, suae scientiae & integ-  
ritatis reddit Elihu, quia communes quidem homines fecit El,  
me autem, dicit, fecit Spiritus El (i.e. Dei fortis) ac per  
hoc sum similis Spiritui Dei, sum unus illorum, de quibus  
ante dixit, spiritus est in homine, & spiritus omnipotentis  
fecit eos intelligere. Est equidem Spiritus S. omnis, quo  
intellectus collustratur humanus, luminis causa; at verbis  
recitatis laudat Elihu Spiritum S. non suae prudentiae, ut  
Nicetas quoque putavit, omni Jobi Sapientia majoris, sed  
vitae suae Auctorem. Venit potissimum in controver-  
siam spiraculum omnipotentis, quod Calvinus in commen-  
tar. tom. 2. part. 2. p. 575. hominis Spiritum & vitam, Pi-  
scator animam rationalem, Schlichtingius & Enjedinus Spi-  
ritum,

ritum, quo vivimus, & Adamo inspiratum vid. *Calovii System.* tom. 3, p. 785, quos sequitur *Fanaticus*, nominarunt. *Mercerus* statuit p. 260. comment. *alludi ad primam hominis creationem, quae initio Genesis describitur, quum Deus in hominem vitae spiraculum insufflavit.* Sentio cum *Gerhardo, Calvio, Dorscheo* & reliquis Theologis, a quibus ex Reformatis non dissentit *Gisbertus Voetius P. I. disputatione select. p. 819. sq.* quod Spiraculum omnipotentis sanctus Dei sit Spiritus. Differt Spiraculum omnipotentis a spiraculo vitae non tantum nomine, verum etiam re ac natura. Spiraculum vitae est principium, quo homo vivit formaliter, at Spiritus Dei, qui hominem efficit, concessit ipsis vitam, seu vitae spiraculum. Quicquid igitur potuit Dei Spiritus, id quoque efficit, infinitum, quod nos efficienter vivificat, omnipotentis spiraculum. נֶשֶׁמַה usurpatur de homine tantum & animam hujus ratione praeditam denotat, dicunt Philologi, *Schindlerus* & *Castellus*, quorum sententiam ibi puto esse observandam, ubi נֶשֶׁמַה significat animam, quae rationalis est, hominisque Spiritus. *Galatinus* a *Dorscheo* in *Pentadec. disp. 2. §. 36.* allegatus putat Jobum dixisse: *Anima Schaddai vivificat me.* Et Filium Schaddai esse probaturus, ait, *cum nec Pater, nec Spiritus S. animam habeat, sed solus DEI Filius, qui est virtus & Sapientia Patris, qui animam illam habet, quam sibi univit, sequitur plane, de solo Dei Filio Job fuisse loquutum.* Theologos, speciatim *Calovium* l. cit. in *System.* Trinitatem verbis Jobi ac Dei Filium nomine *Schaddai* demonstrasse non ignoro, a *Galatino* vero ideo dissentio, quoniam non tantum Filius Jobum vivificavit, verum etiam Dei Spiritus, seu Spiritus S. illum efficit, ac idcirco vitam quoque concessit. Anima humana, cum qua Filius Dei unitus est,

tem-

tempore Jobi non fuit, ideoque non potuit causa creationis physica ab Elibu nominari. Quanquam Elibu vitam suam animae tribuisse rationali, non tamen dixisset, esse istam partem divinam & ex Deo emanantem. Spiravit Filius Dei primi hominis animam, non autem factio corpore, ut sentit Lactanius l. 2. de Origine erroris c. 12. p. 100. edit. Cantabrig. Spiravit animam de vitali fonte Spiritus sui, qui est perennis.

5.) Interpretes tulerunt diversas de his Salomonis verbis נָרְיוֹהַת נִשְׁמַת אֶת־Prov. 20, 27. sententias. Quidam existimarent, Salomonem explicasse cognitionem ipsius Dei, qui omnia in homine consilia penetrat, ac comprehendit. Ita enim Munsterus & Clarins exponunt verba Regis sapientissimi : *Lucerna Domini perscrutatur spiritum hominis, & omnia penetralia ventris: i.e. interiora cordis.* Alii duce Aben Ezra verba ex textu hebraeo ita teste Cornelio a Lapide vertunt, *Lux Domino spiritus hominis, perscrutanti omnia penetrabilia ventris.* Quae verba Cornelius a Lapide ita exponit. *Deo lucidus est, id est, perspicuus est, & patet, hominis spiritus: ipse enim omnia intima mentis perscrutatur & pervidet.* Totum Salomonis argumentum ita componit Calvius in Bibliis illustratis : *Si metuendus, inquit, Rex est, rotam inducens, ventilans & exagitans impios, magis certe metuendus Dominus, cui patet ipse hominis animus.* Eandem sententiam Graecos Interpretes tenuisse, verbis LXX. Interpretum : Φῶς κνείστρον πνεύματος, διέπευγα &c. demonstrari, statuerunt Calvius & Cornelius a Lapide. Catena Graecorum Patrum, duas, verba Salomonis explicantes, recitat p. 284. sententias, quarum una haec est : *Significatur per lucem Domini &c. nihil in homine usque adeo abditum latere, quod Deus sit obscurum, quippe cum ipsa etiam anima, ubi eam scrutatur, lux ipsi existat, hoc est, aequre illi pateat, atque lux ipsa.*

*ipsa.* Alii putant, lucernam sive lucem Domini indicare Dei favorem ac benevolentiam, quoniam lucis instar hominem recreat & vivificat. Haec sententia displicet *Vatable*, qui, quidam, ait, liberius : *Exhilarari a Deo, vita est hominis, & penetrat totum corpus.* Quidam, teste *Cornelio a Lapide*, putant, Spiraculum seu spiritum esse ipsum sermonem, eumque Domini esse lucernam. Multi statuunt, Salomonem vocare animam hominis lucernam Domini, speciatim *Geierus*, *Cornelius a Lapide*, *Cartwrightus*, *Mercerus*, *Baynus*, *Amama* & alii. Dicitur autem anima lux, quia pollet ratione, & perspicacitate animi ingenique acumine praedita est. Auctores, ita de נַשְׁמָה אֶרְאֶת sentientes in duas quasi classes dividuntur a *Cornelio a Lapide*. Sunt enim multi, qui sentiunt, a Salomone animam, ac naturale ingenii ejus acumen laudari ; quidam autem putant, dici animam, divino lumine collustratam lucernam, quae arcana hominis consilia novit, ac omnes ejus cogitationes dirigit ac moderatur. Horum Auctorum numerum augere *Hieronymum*, credit *Cornelius a Lapide*. Domini, enim ait, *afflatus illuminatio, cum in mentem hominis venerit, sibimetipſi illuminans ostendit, quae ante Spiritus S. adventum cogitationes pravas & portare poterat & pensare nesciebat.* Mitto opinionem, cuius *Schickardus c. 6. Jur. Reg. Hebraeor. theor. 19.* mentionem fecit, ac sentio, primam potissimum & ultimam Interpretum sententiam ejusmodi niti argumentis, ut utraque absque omni animi errore admitti, ac defendi possit. Posset Fanaticus se auctoritate veterum tueri, si quis Patrum, ut p. 539, opinatur *Cornelius a Lapide* sentiret, *Deum esse ipsam vitam increatam & essentialem, a qua omnis angelorum, hominum & animalium vita dimanat, ceu radius a sole.* Jesuita allegavit Catenam Graecorum Patrum ; ista autem verba

verba in Catena Graec. Patr. non lego : *Lux, ait, Domini dicitur spiritus, vel vita hominum, quia rationali vita praeditis, vitae causam adfert &c.* Fanatici opinio innititur falso fundamento. Sentit enim Deum esse proprie lucem, Filium Dei ejus splendorem, ac Filii splendorem esse animam hominis, lucem veram, ac ex luce summa & infinita deductam. vid. *Sperberi myster. magn. c. 20. p. 81.* Quanquam non omnes ita de anima sentiant Fanatici, existimant tamen, mentem vel spiritum, tertiam partem hominis, esse partem a Deo avulsam hominique concessam. *Timoth. Gotthold* vocat istam lucem seu lucernam die offenbährende und verklarerende Weisheit, einen Ausfluss aus der Persoenlichen Weisheit. De emanatione equidem lucis ac vitae omnium creaturarum ita loquitur *Auctor* des grossen Geheimnisses der Menschwerdung des ewigen Wortes im Anhange p. 19. Der Ausfluss von Gott ist nicht also zuverstehen, als sey es eine wesentliche Ausfliessung von Wesen und ewiger Substanz des Schoepfers, sondern als eine Wirckung und Frucht, und lebendige Krafft, als der Glantz und Schein, oder Waerme, von der Sonnen ausgehet. Iste autem Fanaticus ostendit recitatis verbis, se aliquoque erroribus esse implicatos. Quaeritur enim: an Deus sit causa sapientiae divinae procreans in rigore talis, vel an sit causa procreans secundum analogiam? Item, an emanatio ex Dei essentia vel sit realis vel virtualis? Nomen illud, der Ausfluss aus Gott, significat emanationem, quam virtualem esse negat Fanaticus, dicens: sie ist nicht wesentlich; sed statuit esse realem, quoniam Lux illa, inquit, se habet instar radiorum, quos ex sole emanare, nemo ignorat. Quamvis igitur Fanaticus emanationem lucis ex Deo negaverit essentialiem; concessit tamen emanationem ex essentia divina veram ac realem. Omnis essen-

tia, realis emanationis causa, est composita, divisibilis, mutabilis, dependens, imperfecta minimeque Deus. 6) Peccatum verborum Psalm. 33, 6. interpres est *Sperberus, der Herr*, dicens, *est spiritus oris nostri, der Geist oder Atem unsers Mundes.* In nullis Bibliis haec leguntur verba: sed ita se habent textus authentici verba: רוח פיו LXX. τῷ πνεύματι τῷ σόματος αὐτῷ; & vulgatae: Spiritu oris ejus. Antiquitatem verborum edocent nos quoque Patres. Verba LXX. Interpretum allegantur ab *Auctore Expositionis Fidei* p. 296. oper. *Justini Martyris. Tertullianus adversus Hermogenem* p. 244. recitat verba sequentia: *Spiritu ipsius virtutes eorum creatae sunt; Origenes tom. 2. oper. in comment. in Joh. p. 43. ait: Sermone Dei, τῷ λόγῳ τῇ καρίᾳ coeli formati sunt; Et Spiritu oris ejus, ἡ τῷ πνεύματι τῷ σόματος αὐτῷ omnis virtus eorum.* Eadem verba recitat *Clemens Alexandrinus* in *Admonitione ad Gentes* p. 41. edit. Colon. *λόγῳ αὐτῷ ἐπεράθησαν ἀραιοὶ, ἡ τῷ πνεύματι τῷ σόματος αὐτῷ πᾶσαι η δύναμις αὐτῶν.* Noster spiritus non est virtute infinita instructus, nec mundum, nec rem aliam, vel ex nihilo, vel ex materia inhabili effecit. Si iste noster est spiritus, qui totum Coeli exercitum produxit, dicatur ratio, cur non cum corpore humano unitus idem efficiat. Si virtute creandi gaudet, Deus est; si istam vero amisit, nec particula, quae ex Deo emanavit, dici meretur. Nostram sententiam confirmant Patres, qui productione exercitus coelestis Spiritus S. divinitatem demonstrarunt. Haereticis, qui Spiritum S. creaturam dixerunt, opposuit *Athanasius t. 1. oper. in epist. ad Serapionem* p. 205. haec Dei verba: *Spiritu oris Dei omnis virtus eorum; nam indivisibilis, dixit, est a Verbo Spiritus; ostenditque eodem dicto p. 220. esfentiae inter Patrem Filium & Spiritum S. communionem. Idem fecerunt Gregorius Nazianzenus orat. in Sanct. Pente-*  
coft.

cost. aut oratione 44. p. 714. *Basilius Magnus hom. 17. p. 510.*  
*Epiphanius haeret. 71. tom. 1. p. 832.* & alii, quos sequuntur  
 sunt speciatim Nostrates *Gerhardus t. 1. loc. de tribus Elo-*  
*bim &c. c. 3. Martini contr. Enjedin. l. 2. de Trib. Elohim. t. 21.*  
*Calovius in Script. Anti-Socin. t. 1. p. 698.* Contra *Calvinum*,  
 qui Spiritum oris putat esse verbum vid. *Aegid. Hunnius in*  
*Anti-Par. p. 728. t. 2. oper. Calvinus & Piscatori* contradicunt  
 quoque quidam Reformati, speciatim *Gomarus P. 1. oper.*  
 p. 267. & *Maresius in Hydra Socinianismi expugnata l. 1.*  
 p. 234. 7) *Incorrumpibilis Dei Spiritus Sapient. 12, 1.* nec est  
 anima nostra, nec aliqua ejus pars, nec speciatim divinae  
 sapientiae radius, qui ex Filio Dei, ut opinantur Fanatici, e-  
 manavit. De illo enim Spiritu loquitur lib. Sapient. Auctor,  
 cuius natura est incorruptibilis & omnipraesens. Dicit  
 enim: ἐστιν ἐν πνεύμῳ εἰς in omnibus, quo argumento divi-  
 nam omnipraesentiam probavit *Feuerborn.* in *Kenos.* l. 2.  
 p. 66. & cui potestas impios puniendi convenit. Ideo, enim  
 ait, eos, qui aberrant paulatim corripit. Nostra anima, quae  
 a Deo est, non est Dei Spiritus: constat quidem ejus natura  
 ex spiritu, cuius essentia non potest a principio naturali de-  
 strui; amisit vero pristinam gloriam ac integritatem, ac  
 praecipua peccati, quod ab homine committitur, causa est  
 deficiens. Ideoque nec est Spiritus omni ex parte perfe-  
 ctus ac absolute incorruptibilis; nec vindex criminis justissi-  
 mus, nec corpori quasi inclusus, omnipraesens; sed amissa  
 Dei imagine mutatus, ac justissima poena dignissimus. 8) Vo-  
 catur Deus a Mose *Numer. 16.* Deus spirituum, vid. *Arias*  
*Montanus, Piscator,* ab aliis Deus fortissimus spirituum leg.  
*Polus in synops. Critic. Alphonsus Tostatus tom. 4. oper. part. 1.*  
*q. 11. cap. 16. Numer. p. 398.* atque *Junius & Tremellius* Ideo  
 vero Numen spirituum Deum dici, putat *Tostatus*, quia o-  
 mnia, quae sunt in spiritu, intelligit; alii existimant divinam

laudari virtutem, & rerum omnium, speciatim Spirituum, Auctorem. vid. *Calvinus t. i. oper. comment. in Numer.* Erat oratio Mosis & Aaronis ad Deum tam omniscium, quam omnipotentem directa, & Deus dicebatur Spiritum Deus. Parum interesse putat *Calvinus*, sive de cunctis animalibus, sive tantum de genere humano hoc dictum exponatur. Brutorum animas a Mose spiritus vocari, sentit *Gisbertus Voetius part. i. disput. select. p. 762.* Et *Borrhai* statuit in comment. Spiritum universae carnis esse omnia viventia, quae Deo debent vitam & motum; ab his dissentient alii, a *Polo* allegati, qui hominem carnem dici, & animam spiritum vocari arbitrantur. Dubium mihi non est, quin Moses & Aaron, sacrae orationis auctores, Deum potissimum illorum spirituum, qui sunt animae rationales, cum Deo irato reconciliandae, Deum vocaverint; sanctos autem Viros Deum animarum quoque causam ac reliquarum rerum Deum dixisse, non potest ignotum esse Fanaticis. Si igitur corpus ex Deo, qui ejus causa est, non emanavit, non probabit Adversarius, animam ideo ex Deo emanare ac lucis Ipsiis esse radium, quia Iste ejus est Deus ac principium. 9) Πατής τῶν πνευμάτων, vel πνευματικός, vid. *Glaffius l. 3. Grammat. Sacrae tract. i. p. 402.* Patri carnali oppositus, est Pater coelestis ac spiritualis, qui illud nomen non accepit ideo, quia homines vere proprieque genuit. Est unus saltem Dei Filius unigenitus Joh. 1, 14. proprius Rom. 8, 32. & per aeternam generationem Psalm. 2, 7. naturalis Joh. 1, 14. sed dictus est Pater, quia homines, ex carne natos, regenerat ac vivificat Joh. 3, 3. Carnis nostrae Patres non dicuntur a Paulo Judaeorum Seniores, ut *Wittichius in comment. in b. l. p. 368. Burmannus Volum. 2. Doctrin. Foeder. c. 6. Loc. 17. append. p. 446.* Et alii putarunt; nec spiritualis Pater vocatur Apostolus vid. *Burmanum allegatum;* unus enim

nim Pater spiritualis opponitur a Paulo multis patribus : nec sentit recte Vol. 2. Part. 4. c. 19. l. 20. §. 27. quod Deus unus saltem in N. T. sit Pater spiritualis. Tribuit enim Spiritum servitutis Patribus, qui in Veteri fuerunt Testamento ; Spiritum vero adoptionis in N. Testamento Christianis. *Allinga in Exercit. pacific. c. 22. §. 14. p. 285.* Paulum Seniores, non Parentes Judaeorum naturales, Patres carnis dixisse, probaturus, negat, omnes Judaeos, in tenerrima aetate Parentibus naturalibus orbatos, habuisse adultos, a quibus castigari potuerunt, Patres. A potiori vero fit denominatio : habuerunt plurimi Judaeorum Patres, a quibus educati sunt, naturales; reliqui vero, istis destituti, ab illis, qui instar Patrum fuerunt, sunt educati. Si Deus proprius Spirituum, vel, ut putant Fanatici, animarum esset Pater, multi essent Dei Filii, multique Dii, & homo non generaret hominem, sed nudam ipsius materiam.  
10) Paulus recitat Act. 17, 28. haec Arati verba : τὸς γαρ καὶ γένος ἐσμεν, & multorum Prophetarum gentilium facit mentionem. Constat enim inter omnes, *Hesiodum*, *Homerum*, *Virgilium*, *Ovidium*, & reliquos, animam, vel mentem ex Deo ortam, aeternis laudibus ornasse. Nec Jovis cultum, nec Poetarum de anima errorem consensu approbavit Paulus, qui vel argumento κατ' ὀνθρωπού errantes in rectam viam reducere conatus est; vid. *Origenem* tom. 2. p. 155. vel ratione vera & in verbis Poetae latente Idololatriam oppugnavit, eamque creationem fuisse, ait *Lutherus* P. 6. tom. *Altenb.* p. 118. *Hilarius* addit creationi tract. in 67. Psalm. n. 22. p. 203. Dei imaginem, & dicit: *Deus animam de thesauris potestatis suae divinitatisque nobis diffudit*. *Hilarium* non statuisse, quod Deus una omnes creaverit animas, probant Monachi *Ord. Bened.* Imaginem Dei toti homini concessam, (quanquam ignota fuerit Poetis) fuisse argu-

argumenti Apostolici rationem, statuunt quoque *Gerhardus*, *Calovius*, & reliqui, nec non *Calvinus*, *Streson* & caeteri, qui Dei imaginem haut recte soli animae tribuunt. *Hammondus* in N. T. sentit cum *Lutero*, & *Bochartus* putat in Chanaan l. i. c. 42. p. 738. tale dici a Mose Deut. 32, 18. quale protulit Paulus. Erat autem sententia Mosis vera; at Poetarum animos falsa occuparat opinio. 11) Dicimur Dei Filii non propter imitationem, ut sentit *Grotius*, nec propter justitiam inhaerentem, quam statuunt Pontificii, sed propter Regenerationem, cuius causa 1. Joh. 3, 1. Filii Dei mundo opponuntur. *Irenaeus* distinguit recte lib. 4. *adversus haereses* c. 79. Filium natum, a Filio, vel per creationem, vel per regenerationem facto. Sumus enim Filii Dei per fidem. Gal. 3, v. 26. 12) Regenitos Dei Filios vocat Paulus Rom. 8, 16. Christianos, Judaeis olim regenitis non exclusis, vid. *Wittichii* comment. in epist. Roman. & *Coccejum*. Spiritus S. infallibilis haereditatis Filiorum Dei testis, est causa generationis spiritualis, & Pater Filiorum Dei baptismo & verbo divino genitorum Joh. 3, 3. 13) Sacerdos, ait *Gerhardus*, Judaeos sanctificans, & populus Israeliticus sanctificatus sunt Hebr. 2, 11. ab uno. *Hammondus* in N. T. comparat Christum & reliquos homines, ab uno creatore ortos, cum primitiis & tota massa, quae unius sunt naturae. Sunt Christus & Sanctificati unius naturae, & unus est Deus, qui & Christi naturam, non divinam, ut *Theophylactus* statuit, sed humanam, & sanctificatorum essentias effecit ac procreavit.

§. VIII. Argumenta, quibus innititur *Arnoldus*, sunt sequentia: 1) *Patriarchas*, ait, *Abrahamum & Isaacum coelesti Sapientia imbuatos fuisse*, testantur *Clemens Alexandrinus* l. 1. *Stromat.* p. 284. *Laetantius* l. 3. *Instit. divin.* c. 16. *Tertullianus* l. *advers. Hermogen.* c. 48. *Hieronymus in Ezechieles*

chielem. Die ersten wahren Christen haben die Weisheit Gottes wesentlich besessen. Resp. Clemens Alexandrinus laudat Sapientiam divinam, eamque distinguit ab humana, quae Philosophia nominatur, & Sapientiam coelestem, qua Abraham fuit imbutus, vocat πίστιν καὶ δινομοσύνην, fidem & justitiam. Laelantius vocat Sophiam, rerum divinarum, quas diviniores nos docent Literae, intelligentiam. Sapientia, quae a Patribus vocatur condita, appellatur a Tertulliano adversus Hermogenem p. 224. & advers. Praxeam c. 6. p. 496. secunda Trinitatis Persona, & Sapientia, quam amore dignam esse, Hieronymus putat, est Sapientia inter perfectos, quam Pauli 1. Cor. 2. tradit Evangelium. Convenit Sophia, quam Arnoldus vocat foeminam, cum Sophia, quam Valentinianos olim coluisse testatus est Tertullianus 1. advers. Valentinian. c. 7. p. 249. Historia, quae Patrum, speciatim Tertulliani, Irenaei, & Clementis Alexandrini, qui Gnosticorum & Valentinianorum temporibus vitam duxerunt, auctoritate comprobatur, vocatur frustra ab Arnoldo in dubium. 2) sentit, Sapientiam, quam laudat, aeternam, Job. 28, 26. & 27. & Syrae. 11, 14. c. 24, 9. probari. Sie hat, inquit, ihren Ursprung allein aus der Gottheit selbst, auch in derselben, als in einer ihr zugeigneten Wohnung &c. Sie ist eben dasjenige wodurch sich Gott offenbart, und in ein Wesen einfuehret, und sich also in Ihr von Ewigkeit zu Ewigkeit immer fasset, und ihm selbst offenbahr wird. Resp. Sapientia, quam admiratur Jobus, vocatur ab Hierozymo in comment. in Job. t. 7. & ab Oleario in der Bibl. Erklaer. Sapientia timoris, a Bolducio Providentia, a Mercero occultum Dei judicium, ab Ambrosio t. 1. oper. de Interpretat. Job. l. 1. p. 636. Coccejo, ac aliis, quorum sententiam meam facio, Dei Filias. Sapientia, quam omnibus commendat Ecclesiasti-

clesiaisticus, est habitualis, ac Dei Timor. Sapientia, quae ex natura Dei, qua nostrum emanavit conceptum, non est alia, quam essentialis Dei proprietas; neque haec, neque Personalis fuhret, ut loquitur Fanaticus, Gott in ein Wesen ein, sed neutra est sine Dei essentia aeterna: utraque revelavit Deum hominibus ignotum, ex neutra vero sapientia cognovit se Deus, qui omnia perfecte intelligit semperque comprehendit. 3) Emanationem Sapientiae probari putarunt Arnoldus Prov. 2, 6. Sapient. 7, 25. 27. Ebr. 1, 3. 2. Cor. 4, 4. Eccles. 1, 17. 8. c. 24, 5. & Timotheus Gottholdus Prov. 1, 23. c. 3, 13. 18. 21. sq. c. 8, 1. Lib. Sapient. 6, 13. 17. c. 7, 31. 8, 1. 17. c. 9, 4. 10. 17. 2. Cor. 3, 18. c. 4, 6. 7. Resp. 1. Salomon ostendit non aeternae Filii generationis, ut opinatur Hieronymus, argumentum; sed habitualis Sapientiae, attentione verbi diyini comparanda, divinaeque Gratiae originem. 2) Auctorem lib. Sapientiae Filium laudare Deum, ac Sapientiam appellare, statuunt Ambrosius in comment. in Luc. 1, 8. §. 68. p. 1488. t. 1. oper. & lib. 1. de Fide c. 7. n. 49. Augustinus l. 1. de Incarn. c. 13. p. 931. t. 4. oper. Istum vero de Sapientia ad eum loqui modum, ut quaedam ad Filium Dei, quaedam autem ad Verbum referri queant, existimant Osiander & Gerhardus §. 211. Exeges. de Scriptur. quod Arnaldum quoque facere, recte sentit Magnif. Dn. D. Loescherus. Si auctor libri Philo est, non dubito, quin ejusmodi statuerit Sophiam, quae Arnaldo & aliis Fanaticis valde placet. Nam lib. de Temulenta vocat p. 190. Opificem Patrem Creaturarum, matrem autem scientiam, cum qua Deum congressum instituisse, & mundum, quem vocavit Filium, generasse existimavit. Quapropter, ait, de se ipsa loquitur Sapientia: Deus creavit me &c. & lib. 2. quod Deb. potiori infid. soleat. p. 128. vocat Deum Patrem; matrem vero, quae omnia creavit Sapientiam. 3) Paulus nominat Hebr. 1. Dei Filium, non sapientiam fanaticam,

Dei

Dei splendorem. & 2. Cor. 4. Patris imaginem. A Filio autem differt Sapientia, quam *Arnoldus* foeminam, & *Gottboldius* radium ex luce Filii Dei emanantem appellarunt. 4) Si Grotii, qui Sapientiam, cuius originem Ecclesiasticus c. i. l. exposuit, particulam divinae aurae nominavit, valeret auctoritas, possent Dissidentes teste quodam suam confirmare Sapientiam; Siracidem autem de Pietate ac Religione, verbo divino hominibus revelanda loqui, probant *Chytraeus* & *Calovius* in Bibl. illustr. Ecclesiasticum c. 24, 5. Sapientiam hypostaticam laudibus efferre, dicunt *Cyprianus* l. 2. testimon. p. 24. *Gregor. Nazianz. orat. si. p. 730. Latinus*, qui Sapientiam istam dicit primogenitam, *Gerhardus in Harmonia* p. 1588. qui verbo, ait, εὐπορευεσθαι describitur Spiritus S. verbo autem ἐξέρχεσθαι Filii ex Patre emanatio. 5) Sapientia hypostatica Prov. i, 20. vid. Patres a *Calovio* in Bibliis illustratis citatos, exponit animi sui sensa v. 25, siuumque verbum revelat hominibus, non autem emittit ex se sapientiae radium, qui, teste *Gottboldio*, rerum creatarum principium est. 6) Sapientia, cuius possessio Pro. 3. beatus appellatur, dicitur a *Lavatero* verbum & Christus; *Munstero*, Sapientia verbi, a *Patribus*, cum quibus sentit *Calovius*, Dei Filius, in quo θεούθεωπών omnis nostra salus est posita. Disputatur autem de Sapientia a Filio diversa & ex Deo emanante. Causam Sapientiae nostrae verbo divino productam exponit *Geierus*, qui in Comment. in Pro. 3, 18. p. 148. nostram Sapientiam ex Sapientia divina emanare statuit; radium vero ex luce Filii Dei emanantem, novae revelationis ac inspirationis principium, suo non approbavit consensu. 7) Vitae spiritualis Auctor Pro. 8, 35. est solus Christus, qui virtute verbi sui hominem vivificat Joh. 6, 63. Radius autem ex luce Filii Dei vere & realiter emanans, sive die offenbährende und verklaerende Kraft Gottes in unser Seelen,

quae verbi divini non est effectus, doctrinae fanaticae principium esse, Fanaticorum verbis probavit *Bucherus* p. 102. *Myster. Inquit.* 8) Auctor libri Sapientiae adhortatur Reges Sap. 6. ad studium Sapientiae, quam se c. 7. acquisivisse existimat; quæ v. 31. de sapientia dicuntur, Filio Dei convenire, probant *Origenes & Calovius*. Aeterna est Sapientia hypostatica, aeternum est Dei verbum, & qui hujus dictum consequuntur vitae potiuntur aeternae. Hypostaticae etiam tribuuntur Sapientiae quae de Sapientia Sap. 9. dicuntur. Si vero libri Auctor Platonis de Sapientia opinionem amplexus est, merito ejus abjicitur auctoritas. 9) Paulus gratulatur sibi & toti Ecclesiae, scilicet Mosis velamine, & lege ceremoniali abrogata, Christi gloriam in speculo Evangelii relucentem, atque in animis Christianorum ab illo productam rerum divinarum intelligentiam, non Sapientiae radium ex luce Filii Dei vere ac realiter emanantem, nec, ut bene loquitur *Calovius* in Bibl. illustr. μεταμόρφωσιν, quam volunt Fanatici, essentiale.

4) Sapientiam ex Deo emanantem essentiam, ein selbstaendiges, dauerhaftiges, und bestaendiges Wesen esse, 1. auctoritate Salomonis Prov. 2, 7. & 18. 2. Aspectu, quo illa suos beat amicos, demonstrari putat *Arnoldus*. Resp. Exponit Salomon Sapientiae fructum, solidam, ut sentit *Geierus*, doctrinam, ac justorum rectorumque, ut putat *Calovius*, justitiam constantem ac salutem perpetuam. Si ex Deo essentia emanat, ac in Deo habitat, aeterna, duae ab aeterno fuerunt essentiae, duoque Dii. Hoc, dices, inficiatur *Arnoldus*, qui unam Deo & Sapientiae naturam tribuit; at Lector attendat sequentia *Arnoldi* p. 35. verba: Es vvvird dem Geist des Menschen (der tieffer als ander forschet, in die Geheimnisse eindringet) die himmlische Weisheit naher, und mit deutlicherem Unterscheid bekannt,

als

als ein sonderbares Goettliches VVesen, vvelches zvvar  
an sich selbst mit der evvigen Gottheit eins, auch ohne  
und außer derselben nimmermehr nichts vvircket und  
schaffet, dennoch aber unter seinem eigenen Goettlichen  
Character sich kund machet. Si homo reliquis perfectior  
essentiam Sapientiae divinitus manifestatae peculiarem, ac  
a divina Natura distinctam intuetur, vel revelatio divina  
fallit hominem, vel una Dei ac Sapientiae est essentia, non  
individualis, sed vel specifica, vel generica. Character di-  
stinctus ac proprius, Sapientiae adscriptus, aut est essentia-  
lis, qui naturam ab aliis dividit, aut personalis, qui distin-  
ctam constituit Personam, aut accidentalis, nimurum vel  
modus, vel accidens, quae ex Natura divina, substantia  
omnium perfectissima, emanare non possunt. Leve est ar-  
gumentum, quod apparitione innitur fanatica. 5) Ar-  
noldus equidem negat, se quartam Trinitatis statuere Per-  
sonam, tribuit vero Sapientiae ex Deo emananti proprie-  
ties, essentiae ac personae convenientes. *Sapientia*, dicit,  
*vocatur Spiritus. Sap. 1, 6. 7. c. 7, 7. 22. c. 9, 19. & Timotheus*  
*Gotthold ait, emanat ex luce Filii Dei, & quatenus in nobis est,*  
*creata recte vocatur. Resp. Patres a Calovio allegati, sentiunt, Li-*  
*bri Sapient. Auctorem loqui de Spiritu S., quem Spiritum Sa-*  
*pientiae ex Deo emanantis, cum potius, si ista daretur, Spi-*  
*ritum S. naturae suae haberet Auctorem, recte vocari, nego*  
*& pernego. Quicquid ex Persona divina vere & realiter ema-*  
*natur, Persona est. Patres, quos Arnoldus pro sua sententia al-*  
*legavit, tuerunt veram, ac Sapientiam, quae ex Patre emana-*  
*vit, dicunt substantiam, eamque a Filio Dei nec realiter,*  
*nec ratione, ideoque nec charactere, distinguunt.*

§. X. Verbum LXX. ἐντισε induxit Patres in errorem. Hoc  
verbo generationem Filii divinam ac aeternam non negari,

sentiunt *Justinus Martyr*, qui in *Dial. cum Tryphone* p. 221. verbis LXX. utitur, & Filium vocat Verbum a Patre universitatis genitum, *Gregorius Nazianzenus* t. 1. oper. p. 730. Ac Latini vocarunt Dei Filium conditum ac natum, & primogenitum, speciatim *Tertullianus* adverf. *Hermog.* p. 235. & *Cyprianus* l. 2. adverf. *Judaeos* p. 24. Exorta Ariana haeresi verba LXX. multo quidem studio, infelici autem successu defenderunt Patres. *Auctor lib. adverf. Eunomium* l. 4. p. 105. t. 2. *Basil.* oper. negat, Auctorem verborum esse Prophetam; *Epiphanius lib. 2. adv. Haeres.* t. 2. haeres. 69. *Totus*, inquit, ille liber ex Proverbiorum contextus est, quicquid autem per proverbiū effertur, aliud verbis prae se ferat, aliud sensu ipso per allegoriam significet. Sine allegoria vero recte exponit textum §. 25. p. 749. vid. quoque *Ancoratus* p. 47. tom. 2. oper. *Hebraice*, dicens, longe aliter legitur: ideoque sic *Aquila* interpretatur: Κόριος ἐκπνοτομε. *Epiphanius* sequuti sunt *Hieronymus* tom. 7. p. 9. & *Chrysostomus*, qui tom. 6. Oper. p. 960. *Aquila* laudat versionem. Creationem indemnitabilem Patris naturam indicare, generationem vero legitimam ac propriam ex Deo Patre genitae naturae substantiam ostendere, putavit *Hilarius lib. de Synod. seu de fide Oriental.* Recte quidem sentit *Petavius in Animadvers. ad Haeres.* 69. p. 288. t. 2. Oper. *Epiphan.* quod antiqua LXX. sit lectio. argumentum autem non infringit *Epiphanius*, & a textu hebraico, & versione *Aquila*, qui textum ibi avthenticum sequutus est, petitum. *Auctor lib. contra Eunomium*, & Patres alii, quos generatim *Hieronymus* allegavit, illam putarunt in Christo naturam, quae habet Dominum, dixisse: *Dominus acquisivit me.* Sapientia autem, quae a Deo est genita, non est sub Domini potestate, sed Jehovah, a Sapientia hypostatica distinctus, ut Jehovah seu divina Persona, a Jehovah vid. Genes. 19, 24. distinguitur.

94 A 7345

ULB Halle  
000 782 815

3




86

94 A 7345

V317

Fl. 95.





B.I.G.

26

I. N. I.  
DISSERTATIO THEOLOGICA IN AVGVRALIS  
DE

# SAPIENTIA HYPOSTATICA

*ex Prov. VIII, 22.*

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
**DN. FRIDERICO AVGUSTO**  
PRINCIPES REGIO ET ELECTORATVS HEREDE  
PRAESIDE  
**GEORGIO FRIDER. SCHROEERO**  
SS. THEOL. DOCTORE ET PROFESSORE PUBLICO  
NEC NON  
ALVMNORVM ELECTORALIVM EPHORO  
PRO LICENTIA  
*SVMMOS IN THEOLOGIA HONORES CONSEQUENDI*  
D. III. OCTOBR. M DCC XV  
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM STATIS  
DEFENDET  
**ERNESTVS MICHAEL BREHME**  
SERENISS. PRINCIPI AC DVCI SAXO-QVERFVRTHENS  
A CONFESSONIBVS, CONSILIIS ECCLESIASTICIS  
ET CONCIONIBVS IN AVLA PRIMARIIS.

VITEM BERGAE  
LITERIS VIDVAE GERDESIANAE